DEFINITIONES PLANTARVM

IN VSVM

AVDITORVM

COLLEGIT

M. CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG,

MED. BACC.

LIPSIAE,

APVD IOH. FRID. GLEDITSCHII, B. FILIVM,

1737.

PERILLVSTRI

ET

EXCELLENTISSIMO

DOMINO

IOANNI HENRICO

DE HEVCHER

OTENTISSIMI REGIS POLONIARVM ET ELE-
TORIS SAXONIAE, CONSILIARIO AVLICO ET
RCHIATRO, PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE
OCTORI, IN VNIVERSITATE WITTEBERGEN-
SI THERAPIAE PROFESSORI PVBLICO
CELEBERRIMO ET ORDINIS ME-
DICI SENIORI,

PATRONO ET PROMOTORI

STVDIORVM SVORVM

EFINITIONES HASCE PLANTARVM

DEVOTA MENTE

OFFERT

AVCTOR.

VIR
PERILLVSTRIS
EXCELLENTISSIME
PATRONE MAXIME.

SI elaboratiſſima tantum ſcripta, favore & patrocinio TVO digna eſſent, VIR PERILLVSTRIS; ego certe has Plantarum Defi-

 nitio-

nitiones, TIBI, eximia & incomparabili operum naturæ peritia maximopere conſpicuo, inſcribere, plane non auſus fuiſſem. At enim vero, quoniam, quæ magnarum mentium eſt virtus, inſigni doctrinæ TVÆ, qua excellis, magnam indulgentiam & comitatem adjungis, & in conatibus aliorum acquieſcis benigniſſime: ego omnino non dubitavi TIBI,

tanto

tanto ſtudii plantarum Statori & Patrono, conatuum & laborum meorum, quibus ſtudioſæ juventutis profectus docendo augere ſoleo, & rationem hoc libello reddere, & TVO patrocinio, quo mihi nihil exoptabilius contingere poteſt, de meliori nota porro me commendare. Quod reliquum eſt, ſanctiſſimum Numen ſupplex oro, ut TE in orbis eruditi ornamentum, in

omnium clientum ſpem atque præſidium, in ſeros quoque annos ſalvum & incolumem præſtet.

VIR PERILLVSTRIS

EXCELLENTISSIME

PATRONE MAXIME.

Celeberrimi Nominis TVI

Lipſiæ Menſe Aprili
A. O. R. MDCCXXXVII.

Cultor devotus & perpetuus
M. CHRISTIANVS GOTTLIEB
LVDWIG.
Med. Bacc.

PRÆFA-

PRAEFATIO.

Cum definitiones plantarum, ex optimis rei herbariæ ſcriptoribus eruere atque colligere ſuſciperem, ut qualecunque generum præcipuorum compendium commilitonibus noſtris exhiberem, quo, inſtante hoc vere, in itineribus botanicis uti poſſemus: de eo imprimis ſollicitus fui, ut in tanto methodorum numero, quibus viri eruditi, botanicen adhuc tradiderunt, eam imprimis eligerem, quæ præ aliis ſenſum moveret & facilis eſſet, quanquam hæc ſuis

anomaliis cum reliquis fere laboret. Hanc ego quidem methodum nullam aliam quam rivinianam, a cel. Rivino publicatam eſſe arbitror; quem ideo in ſummis generibus diſponendis ſequutus ſum, ea tamen lege, ut primo ea quæ ex Rajo, Tournefortio & maxime ex Boerhaavio ſupplenda erant, ſupplerem, deinde nonnulla ex Dillenio & aliis adderem, tandem, pauca a me obſervata, etiam adducere haud dubitarem. In ipſa tractatione hanc rationem inii; primo nomen genericum, addito plerumque auctore, qui illud vel invenit, vel magis expoſuit & determinavit, adduxi; tum ſigna ex radice, caule, foliis, calice aliisque floris & fructus partibus facile cognoſcenda enumeravi, non neglecto ubi opus quidem fuerit creſcendi, florendique modo. In nonnullis accidentalia quo-

quoque figna adhibui, quo vividiorem fubinde hujus illiusque generis ideam excitarem. Nova autem variorum auctorum genera, cum brevitati equidem ftuderem, fæpius ad fimillimum genus, in præfenti, referre volui. Tabulæ fynopticæ methodi rivinianæ paffim exhibitæ fuerunt; fed ut eæ difquirenti ftatim ad manus effent, illas hoc præmittere loco haud inconfultum duxi.

Omnis planta gaudet flore.

I. Perfecto.

A. Regulari.

I. Simplici.

1. monopetalo.
2. dipetalo.
3. tripetalo.
4. tetrapetalo.
5. pentapetalo.
6. hexapetalo.
7. polypetalo.

II. Com-

II. Compoſito.

1. ex regularibus tantum.
2. ex regularibus & irregularibus ſimul.
3. ex irregularibus tantum.

B. Irregulari.

1. monopetalo.
2. dipetalo.
3. tripetalo.
4. tetrapetalo.
5. pentapetalo.
6. hexapetalo.

II. Imperfecto.

A. Stamineo.
B. Amentaceo.
C. Pulverulento, hactenus vix cognito.

Omnis planta poſt florem fert fructum.

I. Semina nuda.

1. unicum.

2. bina.
3. terna.
4. quaterna.
5. plurima.

II. Semina tecta.

A. Capſula membranacea.

1. ſimplici.
2. duplici vel bipartita.
3. triplici vel tripartita.
4. quadruplici vel quadripartita.
5. quintuplici vel quinquepartita.
6. multiplici vel multipartita.

B. Capſula carnoſa vel bacca.

1. monopyrena.
2. dipyrena.
3. tripyrena.
4. tetrapyrena.
5. polypyrena.

C. Capſula duriori fragili. Nuciferæ.

D. Squa-

D. Squamis conum conſtituentibus.
Coniferæ.

Tu interim, Lector benevole, accipe hos primos conatus meos, donec iteratis obſervationibus plura luculentius cognoverimus, quæ nunc Tibi fortaſſis minus abſoluta atque elaborata eſſe videbuntur. Vale.

Compendia
citatorum auctorum ita intelligantur.

B. Boerhaavius.
C. B. Caſpar Bauhinus.
d' Iſ. d' Isnardus.
Dill. Dillenius.
Dod. Dodonæus.
H. Amſt. Hortus Amſtelodamenſis.
H. Boſ. Hortus Boſianus.
Heb. Hebenſtreitius.
Heiſt. Heiſterus.
H. Elth. Hortus Elthamenſis.
Herm. Hermannus.,
H. Eyſt. Hortus Eyſtetenſis.
H. L. B. Hortus Lugduno-Batavus.
H. Mal. Hortus Malabaricus.
J. B. Johann Bauhinus.
Imp. Imperatus.
Juſ. Juſſieus.
Knaut. Knautius.
Kram. Kramerus.
Lin. Linnæus.

Lob. Lobelius.
Mag. Magnolius.
March. Marchantius.
Niſ. Niſſolius.
Off. Officinarum.
P. Aſp. Proſper Alpinus.
Plum. Plumierius.
Raj. Rajus.
Riv. Rivinus.
Rup. Ruppius.
Tab. Tabernæmontanus.
T. Tournefortius.
Vail. Vaillantius.

CLASSIS I.

PLANTAE FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, MONOPETALO.

I. Semine unico nudo.

JALAPA T. *Mirabilis* Riv. Radix carnosa; folia conjugata Solani; calix monophyllus, quinquifidus; flos infundibuliformis, superius amplus; semen coronatum, sub membrana exteriori nucleum farinaceum continet.

PLUMBAGO T. Radix carnosa, fervida, perennis; folia integra, alterna; calix tubiformis, monophyllus, quinquifidus, hispidus; flos Jasmino similis; semen oblongum, plerumque acuminatum, in calice maturescens.

POLYGONOIDES T. Calix quinquifidus, segmentis angustis; flos rotatus, quinquifidus; pistillum mutatur in fructum striatum, alatum, plerumque villis hirsutum.

AMARANTHOIDES T. Radix annua; flores in capitulo squamato collecti, quilibet intra bina foliola imbricata hæret, calici proprio involutus; semen

ſubrotundum, calyptra obvolutum, plerumque aduncum.

ULMUS C. B. Arbor; folia oblonga, ſerrata; flos campaniformis; ſtamina longiora; fructus foliaceus, compreſſus, cordiformis, præcox, in capſula pyriformi ſemen ejusdem figuræ continet.

II. Seminibus binis nudis.

CRUCIATA. Folia plerumque quaterna, ad eundem caulis nodum poſita; flores ad alas foliorum, embryoni inſiſtentes; ſemina utplurimum oblonga, vel lunata.

Valantia T. huc referri poſſet.

APARINE C. B. Radix annua; folia ad caulium nodos, numero incerta, ſicut caules aſpera; flos embryoni inſidens, ad alas foliorum; fructus ex gemellis globulis conſtans, ſiccus; in quolibet globulo, ſub cortice tenui, latet ſemen umbilicatum.

GALLIUM. Folia ad caulium nodos, quaterna, plura; flores campaniformes ſive breviores, in ſpica multiplici, embryoni inſidentes; ſemina ut in Cruciata.

Mollugo C. B. & B. quæ folia nec aſpera nec villoſa habet,
Gallioides Knaut. quæ flore eſt trifido, &
Cruciatæ ſpicatæ B. huc referantur.

RUBEOLA. Folia quaterna vel plura, ad caulium nodos; flos infundibuliformis, ſive longior, ſicut in Gallio poſitus, vel embryoni tantum inſidens, vel calice cinctus; ſemina ut in Cruciata.

ASPERULA. Folia quaterna vel plura, ad caulium nodos; flores in faſtigio caulium in formam umbellæ diſpoſiti, embryoni inſidentes; umbellæ calice communi folioſo cinguntur; ſemina plerumque rotunda.

Sherar-

Sherardia Dill. ſive Dillenia Heiſt. quæ ſemina gerit aculeata, huc referri poſſet. Dillenius in H. Elth. ad Spermacocen refert.

SPERMACOCE Dill. Flos quadrifidus, embryoni inſiſtens; folia conjugata; flores, ad foliorum alas verticillatim poſiti, non raro in ſummitate in capitula colliguntur; ſemina ſunt aculeata.

BUPLEURIOIDES B. Folia integra, bina, terna, eidem loco conjugatim adnata; flos herbaceus, infundibuliformis, quinquifidus, laciniis reſilientibus pentapetalos apparens, inſiſtit embryoni qui poſtmodum mutatur in duo ſemina a ſe invicem reſilientia; flores pedunculis ramoſis, ex alis foliorum ortis, adhærent, in ſummitate in thyrſum colliguntur. *Valerianellis annumerat Dillenius in H. Elth. Boerhaavius in umbelliferis habet.*

III. Seminibus quaternis nudis.

BORRAGO T. Radix annua; folia latiora; calix expanſus, laciniis quinque profundis diviſus; flos rotatus, quinquifidus, profunde diſſectus, ſegmentis mucronatis, corolla in medio petaloidea; ſemina rugoſa, viperino capiti ſimilia.

BORRAGINOIDES B. *Cynogloſſoides d'Iſ.* Folia anguſta; calix pentagonius, infra in quinque alas acutas deſinens; ſemina placentæ pyramidali excavatæ innata ut in loculis, a parte placentæ crenata; reliqua Borraginis.

BUGLOSSUM T. Flos infundibuliformis, orbicularibus ſegmentis; calix non adeo expanſus; ſemina Borraginis.

Anchuſa Raj. quæ radice rubra differt;

Echioides Riv. &
Buglossoides Riv. quodammodo irregulares, huc referantur.
An Echioides T. huc referri possit?

CYNOGLOSSUM T. Calix monophyllus, in quinque lacinias profundius sectus; flos infundibuliformis, segmentis orbicularibus, profundis; semina plana, in capsulis asperis, plerumque lappaceis, placentæ pyramidali quadrilateræ affixis.

Lappula Riv. huc referatur.

CERINTHE T. Folia plerumque glauca; calix quinquifidus, profunde dissectus; flores cylindracei, penduli, superius multifidi, ora quandoque clausa, quandoque aperta; fructus constans testis duabus, in duo loculamenta divisis, in quibus semina utplurimum oblonga.

SYMPHYTUM T. *Consolida* Rup. Folia majora, cuspidata, inferius caulem alatum formantia; calix profundius quinquifidus; flos cylindraceus, superius urceum referens, quinquifidus; semina viperino capiti similia, polita, lucida.

LITHOSPERMUM T. Calix profundius quinquifidus; flores infundibuliformes, multifidi, parvi, in spica reflexa, foliosa; semina durissima, polita, subrotunda.

PULMONARIA T. Calix tubo similis, pentagonus, quinquifidus; flos inferius cylindraceus, superius in pelvim expansus, segmentis rotundis; semina læviora, splendentia.

OMPHALODES T. Calix profunde quinquifidus; flos rotatus, segmentis rotundis, cum umbilico medio pentagono; capsulæ quatuor, cavæ, umbilicatæ, placentæ quadrilateræ affixæ, continent semina plana.

HELIOTROPIUM B. Calix tubo ſimilis, parvus, quinquifidus; flores infundibuliformes, quinquifidi, intercurrentibus quinque minoribus ſegmentis; flores, in ſpicas longas, in extremitate in formam caudæ ſcorpii inflexas, collecti; ſemina hinc angulata, inde gibba.

Myoſotis Rup. ſive Scorpiurus Knaut. huc referatur.

ASPERUGO T. Habitus aſper; caules quadranguli; folia retrorſum reclinata; calix bifolius, foliolis criſtatis conſtans, compreſſus per maturitatem; flos infundibuliformis, quinquifidus, caducus; ſemina utplurimum oblonga.

CERINTHOIDES B. Folia glauca, glabra; calix tubulatus, pentagonus, in quinque plicas alatus; flores parvi, tubuloſi, quinquifidi, non ſtellati; ſemina lævia.

IV. Seminibus plurimis nudis.

MALVA T. Radix fibroſa; folia minus ſecta, rotunda vel anguloſa, glabra vel villoſa; Calix duplex, exterior minor, ſæpe trifidus, interior major, utplurimum quinquifidus; flos campaniformis, patens, pentapetaloides; tubus floralis ſtaminibus onuſtus, ex quo eminent tubæ ſtylum componentes; piſtillum abit in fructum planum, orbiculatum, ex capſulis, ad axin medium articulatione quadam junctis, conſtantem, fœtis utplurimum ſemine reniformi.

ALTHÆA T. *Biſmalva* off. Omnia Malvæ; partes omnes valde lanuginoſæ.

ALCEA T. Omnia Malvæ; folia in profundas lacinias diviſa.

LAVATERA B. Semina ſuperius clypeo, anterius excavato, munita; reliqua Malvæ.

MALVINDA Dill. *Malveola* Heist. Calix simplex, quinquifidus; flos Malvæ similis; semina multa, sive capsulæ unicum semen continentes, in orbem posita, quæ superius sunt unicornia, bicornia vel tantum eminentia quadam prædita.

MALACOIDES T. Fructus siccus Rubi, constans pluribus capsulis in capitulum botryoideum collectis, semine reniformi fœtis; folia Betonicæ; reliqua Malvæ.

V. Seminibus tectis capsula membranacea simplici.

ANAGALLIS C.B. Folia conjugata; calix instar stellæ quinquifidus; flos rotatus, quinquifidus, raro quadrifidus; capsula globosa, horizontaliter dehiscens; semina utplurimum angulosa.

NUMMULARIA C.B. Planta repens; folia orbicularia, conjugata; calix minor, quinquifidus, segmentis gracilioribus; flos ad alas foliorum, rotatus, in unguem usque sectus; stamina ex ambitu baseos in unum concrescunt; capsula rotundior.

LYSIMACHIA T. Folia oblonga, bina, terna, quaterna, ex nodis caulium; calix quinquifidus; flos rotatus, multifidus, in summis ramis sparsus; capsula rotunda, in apice dehiscens; seminibus utplurimum subrotundis.

SAMOLUS T. Folia non crenata, alterna; calix profunde quinquifidus; flos rotatus, inferius quodammodo tubulosus, superius multifidus; fructus subrotundus, in apice dehiscens, continet semina multa, exigua.

SAMOLOIDES B. Folia conjugata; calix inferius conicus, superius in quatuor gracilia & hirsuta segmenta

ta divisus; flos inferius cavus, superius in segmenta quatuor stellatim expansa divisus; fructus oblongus, bivalvis, semen ovale, compressum continens.

ANDROSACE T. Folia plantaginea crenata; Calix magnus, quinquelobatus, expansus; flos hypocrateriformis, pentapetaloides, parte inferiore pistillo pertusus; fructus globosus, apice dehiscens, continens semina multa; floret in umbella, quæ succingitur foliolis calicem communem referentibus.

HOTTONIA B. *Myriophyllum* Riv. *Stratiotes* Vail. Radix fibrosa, longa; caulis erectus, nudus; folia capillacea, pennata, cauli in orbem apposita; calix pentaphyllus, gracilibus segmentis instar stellæ expansus; flores verticillatim cauli adnati, tubulosi, segmentis quinque, largis, obtusis, profunde incisis; capsula sphærica, continens semina sphærica.

GLAUX T. *Glaucoides* Rup. Radix perennis; folia conjugata, crassiuscula; flos nudus, campaniformis, patens vel clausus, quinquifidus, ad alas foliorum; capsula utplurimum globosa, apice dehiscens, semina minutissima continens.

PLANTAGINELLA Dill. Planta pusilla; folia Plantagini similia; flores singulares in cauliculis aphyllis; calix minor, quinquifidus; flos infundibuliformis, quinquifidus; capsula oblongo-rotunda, bivalvis, continet semina multa, parva, minuta.

CORTUSA B. Radix perennis; folia Hederæ terrestri similia; calix parvus, quinquifidus; flos infundibuliformis, quinquifidus, umbellatus; fructus subrotundus, acuminatus.

ACACIA T. Folia pinnata numerosis foliolis; calix vix conspicuus; flores infundibuliformes, minutissimi, staminosi, in capitulum sphæricum collecti;

fructus ſiliquoſus, bivalvis, interne in plures foveas diviſus, ſemina ſubrotunda continentes.

MIMOSA T. *Æſchinomene* H. Amſt. & Knaut. Folia pinnata, ſyſtole & diaſtole prædita; flos Acaciæ ſimilis; fructus ſiliquoſi, bivalves, utplurimum compreſſi & articulati; ſemina utplurimum ſubrotunda.

BONDUC Plum. & B. Folia pinnata absque impari extremo; calix multifidus; flos ad unguem multifidus aut & polypetalos, leviter irregularis; ſtamina numero laciniarum reſpondent; fructus ex piſtillo formatus, eſt ſiliqua univalvis, utplurimum ventricoſa, uno vel altero ſemine fœta.

CYCLAMEN T. Radix orbiculata, tuberoſa; folia craſſiuſcula, ſubrotunda, orbicularia, anguloſa; pedunculi foliorum & florum ex ipſo tubere provenientes; calix quinquifidus; flos inferius tubuloſus, mox ſectus in quinque amplas, longas lacinias, retroflexas; capſula globoſa, per maturitatem dehiſcens, continet ſemina ſubrotunda & angulata.

HYDROPHYLLUM T. Radix parte ſuperiori Dentariæ ſimilis; folia Valerianæ ſylveſtri ſimilia; calix quinquifidus, ſegmentis gracilibus, profundis, hiſpidis; flos campaniformis, quinquifidus; capſula globoſa, bivalvis, perpendiculariter dehiſcens, continens ſemina quædam incertæ figuræ, raro unicum rotundum.

AURICULA URSI T. Radix perennis; folia lævia, pinguia, utplurimum farina conſperſa; calix brevis, quinquifidus; flos infundibuliformis, quinquifidus, ſegmentis leviter inciſis; capſula globoſa, ſeminibus exiguis fœta.

PRIMULA VERIS T. Radix perennis; folia oblonga, rugoſa; calix tubuloſus, quinquifidus, pentangius; flos Auriculæ urſi ſimilis; capſula oblonga, apice

apice dehiſcens, continens ſemina ſubrotunda; flore vel ſingulo vel in umbellam diſpoſito.

MENYANTHES T. *Trifolium fibrinum* off. Radix perennis, repens; folia terna, forma fabaceis ſimilia; calix parvus, quinquifidus; flores infundibuliformes, profundius quinquifidi, filamentis candidis, criſpis, interius fimbriati, in thyrſum diſpoſiti; capſula oblonga, bifariam dehiſcens, ſemina ſubrotunda continens.

SOLDANELLA T. Radix perennis; folia Aſari minora, rigida; calix parvus, quinquifidus; flos campaniformis, fimbriatus; fructus cylindraceus, apice dehiſcens, continens ſemina plurima.

GENTIANA T. Folia conjugata; calix monophyllus; flos vel campaniformis multifidus, vel calathoideus; fructus acuminatus, bivalvis, bicornis, continens ſemina orbiculata & marginata.

Gentianella Riv. flore calathoideo eſt, & a reliquis diſtinguitur.

TRIENTALIS Riv. Folia in ſummo cauliculo velut in umbella poſita; calix multifidus, ſtellatus; flos rotatus, multifidus; fructus ſphæricus, trifariam dehiſcens; ſemina anguloſa, calyptra membranacea tecta.

VI. Seminibus tectis capſula duplici & bipartita.

APOCYNUM T. Planta lacteſcens; calix vel nullus, vel quinquifidus; flos campaniformis, quinquifidus, vel erectus, vel reflexus, vel corniculatus, vel non corniculatus; fructus, poſt ſingulum florem, utplurimum ſiliquæ duæ, unicapſulares, unival-

ves, continentes semina compressa, squamatim imposita, papposa.

Beidelsar Knaut. quod est flore corniculato, huc referatur.

PERIPLOCA T. Planta lactescens & scandens; flos varius, stellatus, rotatus vel corniculatus; reliqua Apocyni.

ASCLEPIAS T. Folia utplurimum bina, adversa; calix parvus, quinquifidus; flos expansus, stellatus, in medio corniculatus; fructus Apocyni; planta non lactescens.

Crassa Riv. Fritillaria crassa vulgo dicta sive Stisseria Heist. huc referatur.

Vincetoxicum off. huc pertinet.

NERIUM T. Rami & surculi trichotomi; folia rigida, ad eundem exortum terna; calix parvus, quinquifidus; flos infundibuliformis, coronatus, ora ampla, in segmenta quinque profunda divisus; fructus teres, per maturitatem dehiscens in duas thecas semine papposo repletas; planta non lactescit.

PERVINCA T. *Vinca* Riv. Planta non lactescens, sarmentis longis repens; calix monophyllus, in quinque segmenta gracilia divisus; flos infundibuliformis, amplus, in quinque segmenta profunda scissus; fructus, post singulum florem, binæ siliquæ; semina non papposa, cylindracea, sulcata.

PLUMERIA T. Planta lactescens, habitu Apocyni; flos Nerei non coronatus; fructus siliquosus, geminus, in utramque partem reflexus; semina non papposa, squamatim posita, foliata.

NICOTIANA T. Radix annua; calix longus, tubulosus, in quinque longa, acuta segmenta scissus; flos infundibuliformis, in segmenta stellatim expansa

pansa scissus; fructus oblongus, cuspidatus, septo medio divisus, semina continens exigua.

PETUM Riv. *Priapeja* Knaut. Radix annua; calix brevis, amplus, in quinque segmenta obtusa scissus; flos infundibuliformis, amplus, in segmenta brevia & obtusa scissus; fructus subrotundus, septo medio divisus, semina continens exigua.

LILAC T. *Syringa* Rup. Calix brevis, quadrifidus; flos infundibuliformis, quadrifidus, in racemos congestus; fructus linguæformis, septo divisus, semina marginata, compressa continens.

CENTAURIUM MINUS T. Folia conjugata; calix brevis, in quinque segmenta acuta divisus; flos infundibuliformis, pentapetaloideus; fructus cylindraceus, in duas partes dehiscens, semina exigua continens.

PLANTAGO T. Caules aphylli; folia nervosa; calix monophyllos, quadrifidus, tubulosus; flos in eo tubulosus, quadripartitus, stellatim expansus; stamina quatuor longa; ovarium fit capsula ovata vel conica, septo medio divisa, ipso hoc fructu horizontaliter dissiliente; flores in spicis densis.

CORONOPUS T. Foliis longis, ad margines laciniis oppositis laciniatis, a Plantagine differt.

PSYLLIUM T. caulibus foliosis & ramosis a Plantagine differt.

CUSCUTA T. Caules volubiles, aphylli; calix parvus, succulentus, quadrifidus & quinquifidus; flos campaniformis, superius quadrifidus & quinquifidus; fructus rotundus, semina continens tenuissima; *quibusdam unicapsularis, Ruppio bicapsularis, Rajo semina quaterna oblongo-rotunda.*

VII. Semi-

VII. Seminibus tectis capsula tripartita.

ALOE T. Radix perennis, fibrosa vel tuberosa; folia integra, utplurimum crassa, succulenta; calice caret; ovarium, in quibusdam speciebus infra florem, in aliis intra florem; flos tubulosus, inferius ventricosus, superius in sex segmenta, vel profunda, vel minus profunda, vel erecta, vel reflexa, scissus; Fructus cylindraceus, quodammodo hexagonus, vel trigonus, seminibus planis, non raro in quolibet loculo duplici serie positis, repletus.

YUCCA B. Radix crassa, quasi tuberosa; folia angusta, longa, rigida, aculeato apice; calice caret; flores campaniformes, hexapetaloidei, in longas spicas dispositi; fructus Aloes.

COLCHICUM T. Radix tuberosa, duplex, perpendiculariter conjuncta; folia post florem delapsum cum fructu prorumpentia, lata; flos liliaceus, hexapetaloideus, nudus, tubi tenuissimi forma ex ipsa radice ortus; fructus trigonus, oblongus, seminibus rotundis repletus.

CROCUS T. Radix tuberosa, gemina, minor fertilis majori sterili superimposita; folia graminea, angusta, linea media alba notata; flos nudus, liliaceus, hexapetaloideus, inferius tubulosus, sustinetur pedunculo ex apice radicis minoris orto; fructus oblongus, trigonus; semina rotunda.

BULBOCODIUM T. Radix constans binis tuberibus rostratis, perpendiculariter cohærentibus; folia tenuissima; reliqua Croci.

NARCISSUS T. Radix bulbosa, tunicata; folia vel angustiora juncea, vel quodammodo latiora; flores

res ex vagina membranacea quasi ex calice prorumpunt, vel solitarii, vel plures simul juncti; insident illi ovario, & sunt inferius tubulosi, superius in sex lacinias, stellæ in modum expansas, divisi, corona, vel breviore, vel longiore, in medio ornati; fructus oblongus, trigonus; semina subrotunda.

ASPHODELUS T. Radix multis tuberibus napiformibus, ex uno corpore pendulis, constans; flos hexapetaloideus, stellatus, ad basin fere usque divisus, nudus; ovarium globosum, in apice sustinens stamina sex & tubam longam, mutatur in fructum seminibus triquetris fœtum.

LILIO-ASPHODELUS T. Radix Asphodeli napiformis; flos nudus, liliaceus, inferius tubulosus; fructus ovatus; semina subrotunda.

HYACINTHUS T. Radix bulbosa, tunicata; folia longa, angusta; Caulis erectus, nudus, in spica floriger; flores nudi, tubulati, in sex lacinias, extrorsum flexas, divisi, caryophylli aromatici figura; fructus subrotundus, trigonus; semina subrotunda vel plana.

MUSCARI T. Radix & folia Hyacinthi; flos nudus, urceolatus, ad oras in sex crenas reflexas divisus; fructus triangularis; semina subrotunda; floret in spica vel laxiore, vel densiore, vel comosa.

HYACINTHUS TUBEROSUS B. *Tuberosa* Heist. Radix tuberosa; caulis erectus, vaginis foliaceis per intervalla cinctus; flores longe majores quam in bulbosis, magis liliacei.

TITHYMALUS T. *Esula*. Riv. Radix fibrosa vel tuberosa; folia integra, alterna; calix forma binorum foliolorum florem succingit, raro monophyllus; flos repræsentat corpus cavum; quatuor ut-

pluri-

plurimum ſegmentis ſemilunatis, non deciduis, ornatum; *campaniformis, globoſus, multifidus, Tournefortio; tetrapetalos, irregularis, Rivino dicitur;* ex centro floris erigitur pedunculus longus, fructum ſuſtinens trigonum vel hexagonum, tricoccum, ad latus reflexum; planta tota uberrime lacteſcit.

EUPHORBIUM B. Forma Cerei anguloſa, utplurimum ſpinoſum & aphyllum; reliqua Tithymali.

MANIHOT. Plum & T. flos campaniformis, patens, nudus, quinquifidus; piſtillum tuba triplici fimbriata ornatum, abit in fructum ſubrotundum, tribus capſulis oblongis ſimul junctis fœtum; in ſingulis ſemen oblongum.

CAMPANULA. T. Flos ovario inſidens, calice quinquifido cinctus, campaniformis, multifidus; fructus anguloſus, plerumque trilocularis, quolibet loculo parte inferna pertuſo; planta utplurimum lacteſcit.

Speculum Veneris Raj. Flore magis expanſo & diſſecto, vaſculo ſeminali oblongo quaſi ſiliquoſo, a Campanula differt.

Medium Raj. Fructu quinquecapſulari a Campanula differt.

TRACHELIUM T. Calix minor, ovarium arcte ambiens, quinquifidus; flos infundibuliformis, ſuperius quinquifidus; fructus ſæpe trigonus, ſeminibus exiguis fœtus.

POLEMONIUM T. Folia alterna, pinnata; calix monophyllus, quinquifidus; flos rotatus, in quinque lacinias ſubrotundas diviſus; fructus ſubrotundus, utplurimum trifariam dehiſcens; ſemina oblonga.

CONVOLVULUS T. Folia alterna; caules ſcandentes & non ſcandentes; calix vel duplex, exterior bifolius, interior quinquifidus, vel ſimplex quinqui-

quifidus; flos campaniformis, pentagonus, ora repanda; fructus utplurimum tripartitus, raro quadripartitus vel ſimplex; ſemina anguloſa; lac in quibusdam.

Convolvuloides Heiſt. quod non ſcandentes complectitur, huc referatur.

QUAMOCLIT. T. Radix annua; caulis volubilis ſcandens; calix brevis, quinquifidus; flos infundibuliformis, ora quinquifida, vel integra; fructus Convolvuli.

ALATERNOIDES B. Folia alterna, ſempervirentia; calix bifolius; flos tetrapetaloideus vel pentapetaloideus; fructus tricoccus, ſiccus.

LUFFA T. Flos & habitus Cucumeris; fructus cucumeriformis ſed ſiccus, reticulatus, ſemina continens fere ovata.

HAEMANTHUS T. Bulbus ſquamoſus, ſæpe quaſi bifoliatim confectus; folia bina, ex bulbo orta; caulis unus, fungoſus, craſſus, maculatus, ſuſtinens calicem utplurimum hexaphyllum, inſtar floris Tulipæ factum, qui continet flores monopetalos, hexapetaloideos, ſegmentis longis gracilibus, parte inferiori tubuloſos. Innaſcuntur hi ovario quod mutatur in fructum trigonum, ſemina oblonga continentem.

LYCHNOIDEA Dill. Folia conjugata; habitus Lychnidis; calix brevior, quinquifidus; flos infundibuliformis, ſuperius quinquifidus; piſtillum mutatur in fructum trilocularem, triſpermum.

VIII. Seminibus tectis capſula quadripartita.

STRAMONIUM T. *Datura* H. Eyſt. Radix annua; calix tubuloſus, rotundus vel pentagonus; flos infundi-

fundibuliformis, ex longo tubo calathoides, quinquifidus; fructus utplurimum spinosus, diaphragmate decussato dissepttus; semina reniformia.

XYLON T. *Gossypium* C. B. Folia Malvæ vel Alceæ; flos Malvæ multifidus; fructus subrotundus, in apice dehiscens, trifidus vel multifidus; semina subrotunda, in gossypio latentia.

DIERVILLA T. Folia conjugata; calix duplex, bifolius & quinquifidus; flos tubulosus, quinquifidus, segmento uno interius villoso; fructus pyramidalis; semina parva.

CHAMÆNERION T. Flos ovario insidet, inferius tubulosus, superius calice quadrifido cinctus, qui cum flore marcescit; segmenta floris quatuor, profunda; *unde tetrapetalos, rosaceus, dicitur Tournefortio;* stamina octo; ovarium mutatur in fructum siliquosum, per maturitatem dehiscentem, semina papposa continentem.

ONAGRA T. Semina solida; reliqua Chamænerii.

ERICA T. Folia exigua, sempervirentia; calix parvus, quadrifidus, stellatus; flos campaniformis, urceolaris; fructus subrotundus, seminibus exiguis fœtus, flore marcido tectus.

TETRAGONOCARPOS B. Flores in spica positi, duplices, steriles, tetrapetaloidei vel pentapetaloidei, staminosi, fertiles, ejusdem figuræ, sed ovario donati; fructus quadrangularis, quadripartitus, loculis monococcis.

IX. Seminibus tectis capsula quinquepartita.

COTYLEDON T. Habitus plantæ succulentus; calix

lix parvus, multifidus; flos tubulatus, multifidus; fructus ex quatuor vel quinque capsulis constans, plerumque a se invicem non nihil sejunctis.

Crassula Dill. Flore ad basin diviso, quasi pentapetalo, potissimum a Cotyledone differt.

FICOIDES T. *Mesembryanthemum* Dill. Tota planta succulenta; folia conjugata; calix carnosus, quinquifidus; flos monopetalos, minutissime laciniatus, staminosus; *aliis polypetalos dictus*; fructus primum succulentus, deinde fungosus in calice hæret, quinquecapsularis vel multicapsularis.

OXYS T. *Acetosella* Riv. Folia trifolia, cordata, acida; calix parvus, campaniformis, quinquifidus; flos campaniformis, profunde incisus ut pentapetalos appareat; stamina decem; fructus cylindraceus, in apice dehiscens, continens semina angulosa.

KETMIA T. Habitus & flos Malvæ; fructus utplurimum acuminatus, quinquifidus, semina continens variæ formæ.

Bammia Riv. huc referatur.

CHAMAERHODODENDROS T. *Ledum* Rup. Calix parvus, quinquifidus; flos tubulosus, infundibuliformis, quinquifidus, leviter irregularis; fructus oblongus, in summitate dehiscens, continens semina minutissima.

X. Seminibus tectis capsula sexpartita.

ASARUM T. Radix perennis, fibrosa; folia orbicularia cum deliquio ab una parte; flos nudus, trifidus, *aliis stamineus cum calice trifido*; floris inferior pars, ovarium continens, in fructum mutatur, seminibus oblongis fœtum.

XI. Seminibus tectis capſula multiplici.

ABUTILON T. Flos & habitus Malvæ; fructus capitellum refert ex multis vaginulis axi adhærentibus, bivalvibus, compoſitum oblongis; in ſingulis loculis ſemina plura reniformia.

XII. Seminibus tectis bacca

a. *monopyrena.*

THYMELÆA T. Folia integra; vimina lenta; flos quodammodo infundibuliformis, quadrifidus; fructus ovatus, nunc ſiccus, nunc ſucciplenus, ſemen unicum oblongum continens.

Laureola Raj. huc referatur.

VIBURNUM T. Folia ſubrotunda, prona facie incana; vimina lenta; flos rotatus, quinquifidus, umbellæ in formam digeſtus, cujus meditullium a ſummitate ovarii perfoditur; ovarium coronatum fit bacca mollis, ſucciplena, ovata, ſemen unicum continens, oſſeum, compreſſum, ſtriatum.

TINUS T. Caliculus geminus, inferior bifidus, ſuperior quinquifidus; flos rotatus, quinquifidus, cujus meditullium perfoditur a ſummitate ovarii; fructus olivæ ſimilis, umbilicatus, unico ſemine pyriformi fœtus, quod pellicula cartilaginea tegitur.

OPULUS T. *Sambucus aquatica* Raj. Folia Aceris; flores in umbella vel globo diſpoſiti, exteriores majores & ſteriles, interiores fertiles, rotati, a ſummitate ovarii perfoſſi, quod in fructum mollem abit; ſemen cordiforme, compreſſum.

VISCUM. T. Planta paraſitica; folia conjugata, anguſta, oblonga; flos mas, pelviformis, quadrifidus, verrucis conſperſus, tanquam apicibus pulverem ſpargentibus; in alio loco plantæ tener fructus, foliolis quatuor ſtipatus, abit in baccam pulpa glutinoſa plenam; ſemen planum, cordiforme.

PHILLYREA T. Folia conjugata, ſemper virentia; flos campaniformis, tetrapetaloides, calice quadrifido contentus; fructus globoſus, continens ſemen rotundum.

OLEA T. Folia oblonga, ſemper virentia; calix dentatus; flos rotatus, inferius quodammodo tubulatus, quaſi infundibuliformis, ſuperius quadrifidus vel quinquifidus; fructus oblongus vel ſubrotundus pulpa pingvi continet nucleum durum, cum ſemine ejusdem formæ.

ELÆAGNUS T. Flos nudus, tubulatus, utplurimum quadrifidus; ovarium mutatur in fructum olivæformem, oſſiculo fœtum, in quo nucleus continetur ejusdem formæ.

AHOVAI Plum. & T. Calix minor, quinquifidus; flos infundibuliformis, laciniis quinque latis ad Nerium accedens; fructus carnoſus quaſi pyriformis, brevis, compreſſus, oſſiculo fere trigono fœtus, ſemen oblongum continente.

ACAJOU. Plum. & T. Calix quinquifidus; flos fere infundibuliformis, in quinque longa, anguſta ſegmenta diviſus; fructus pyriformis, mollis, cujus apici innaſcitur capſula renalis, ſemen ſimile continens.

LAURUS T. Flos nudus, pelviformis, quadrifidus vel quinquifidus; ſtamina octo; *flos tetrapetalos Ruppio;* fructus eſt bacca ovata, ſub cortice duro tegens nucleum ſemine fœtum.

BASELLA H. Mal. Radix annua; Folia orbicularia, ſucculenta, craſſa, nigra; habitus ſcandens; ex alis foliorum proveniunt pedunculi, in quibus flores ſpicati, maſculini, in una parte plantæ; ovarium baccatum alio plantæ loco, in ipſis alis foliorum minorum ſeſſile.

b. *dipyrena.*

RUSCUS T. Calix multifidus, *quem alii pro flore habent & hexapetalum dicunt;* flos campaniformis, globosus; fructus globosus, mollis, utplurimum duo semina continet; flos & fructus plerumque ex foliis nati.

Hypoglossum Raj. folio secundario e medio folio exeunte a Rusco differt.

Laurus Alexandrina Raj. Daphne Knaut. fructu summis ramulis insidente a Rusco differt.

RUBIA T. Folia verticillata sive stellata; flos calici insidens, campaniformis, patens, quadrifidus vel quinquifidus, inferius utplurimum perforatus; calix mutatur in baccam duplicem, quarum singula semen utplurimum umbilicatum continet.

CAMPHORA B. Folia Pyri, nervosa, alterna; flos pentapetaloides vel hexapetaloides, ex sede foliorum; fructus nuciformis, concavo calice exceptus, cortice & putamine fragili, nucleo bifido.

STYRAX T. Folia subrotunda; calix brevis, dentatus, ampullosus; flos inferius tubulatus, superius in sex utplurimum lacinias, stellatim dispositas, divisus; ovarium calici insistens fit fructus carnosus, duplici utplurimum ossiculo fœtus.

JASMINUM T. Folia in plerisque pinnata; calix quinquefidus; flos infundibuliformis, quinquefidus; fructus est bacca plerumque semine duplici fœta.

Coffe Heist. Folia Castanei vel potius Lauri majora; floris tubo breviore & laciniis profundioribus, nec non aliis quibusdam signis, a præcedente distinctus, huc referatur.

c. *tripyrena.*

ALATERNUS T. Folia alterna, semper virentia; calix

lix tubulosus, quinquifidus; flos ex interstitiis segmentorum oritur, infundibuliformis, stellæ in modum expansis laciniis quinque; fructus continet tria semina, hinc gibba, inde angulata.

SAMBUCUS T. Rami medulla fungosa farcti, cum pauco ligno; flos rotatus, quinquifidus, in medio mucrone calicis perfoditur, qui ovarium continet, fœtum tribus utplurimum seminibus oblongis.

Ebulus J. B. huc pertinet.

d. *tetrapyrena.*

AQUIFOLIUM T. *Agrifolium* Raj. Folia oblonga, in ambitu acutis, rigidis spinis, armata, semper virentia; calix parvus, quadrifidus; flos rotatus, quadrifidus aut quinquifidus; fructus, ex fundo calicis ortus, semina triquetra continet.

RHAMNUS T. Frutex spinosus; flos infundibuliformis, quadrifidus aut quinquifidus; pistillum fit fructus quatuor utplurimum semina continens, hinc gibba, inde plana.

LIGUSTRUM T. Folia conjugata, caduca; calix exiguus; flos infundibuliformis, quadrifidus vel quinquifidus, racematim dispositus; fructus seminibus utplurimum quaternis, hinc gibbis, inde planis fœtus.

MOSCHATELLINA T. Folia Fumariæ bulbosæ; calix trilobatus, expansus; flores, in capitulum cubicum congesti, deficiente latere infimo, pentapetaloidei laterales, summus vero flos quadrifidus; stamina decem vel octo; fructus quatuor utplurimum semina continet.

e. *polypyrena.*

POLYGONATUM T. Radix tuberosa, repens; caulis multis foliis nervosis vestitus; flos nudus, campani-

niformis, tubulatus, in ſex ſegmenta fiſſus; fructus in centro floris naſcitur globoſus, ſeminibus ſubrotundis fœtus.

Uva ursi T. Calix exiguus, denticulatus; flos campaniformis, globoſus ſive urceolatus; fructus eſt ſphæricus, ſeminibus multis oblongis fœtus; piſtillum mutatur in fructum.

Vitis idæa T. Flos nudus, aut campaniformis globoſus, ſive urceolaris, quinquifidus, ſparſim in ſummis ramulis hærens, *in Vaccinio nigro*, vel campaniformis, quadrifidus, racematim poſitus, *in illa ſpecie quæ eſt baccis rubris flore albo*; flos inſidet ovario, quod mutatur in fructum globoſum, umbilicatum, exiguis ſeminibus fœtum.

Vaccinia Dod. & Myrtillus Tab. huc pertinent.

Lilium convallium T. Caules nudi; flos nudus, campaniformis, brevis, in ſex lacinias leviter ſciſſus, pendulus in ſpica homomalla; fructus globoſus, ſeminibus denſe congeſtis fœtus.

Malvaviscus Dill. Folia Altheæ ſimilia; frutex ſcandens, non ramoſus; ex alis foliorum oriuntur pedunculi ſuſtinentes calicem duplicem, exteriorem viridem, tenuius multifidum, interiorem quinquifidum; in quo flos Malvæ ſimilis ſed convolutus, nunquam apertus, tubo florali extra florem eminente; calici infra florem inſidet ovarium, quod mutatur in baccam pulpoſam, quinque utplurimum nucleis fœtam.

Alkekengi T. Calix tubuloſus, campaniformis, quinquifidus; flos rotatus, quinquifidus; ex piſtillo fit fructus globoſus, continens ſemina plana, globoſæ pulpæ accreta; tegitur veſica ex calice ampliato nata.

Sola-

SOLANUM T. Calix monophyllus, quinquifidus, non vesicarius sed stellatus; flos & fructus Alkekengi.

CAPSICUM T. Calix brevis, quinquifidus; flos rotatus, quinquifidus; fructus ex pistillo natus, magis membranaceus quam cornosus est, & in duo vel tria loculamenta dividitur; semina compressa, fere reniformia.

LYCOPERSICUM T. Calices & flores multifidi, cum Solano de reliquo convenientes; fructus in plurimas cellulas divisi, semina plana continentes.

BELLADONNA T. Calix quinquifidus; flos campaniformis, quinquifidus; fructus in duo loculamenta divisus, seminibus compressis fœtus.

NYMPHOIDES T. Radix, modus crescendi & folia Nymphææ; flos rotatus, quinquifidus, fimbriatus; fructus oblongus, compressus, unicapsularis, mollis, semina continet calyptra involuta.

BRYONIA T. Planta capreolis donata; calix quinquifidus, vel ovarium continens in fœmineis floribus, vel sterilis in mare; flos campaniformis, patens, quinquifidus; fructus rotundus, semina ovata continens.

TAMNUS T. *Bryonia nigra* Raj. Caules volubiles, sine capreolis scandentes; flos hexapetaloides, vel sterilis mas, nullo ovario insidens, vel fertilis, fœmina, ovario insidens; fructus oblongus, semina continens rotunda, calyptra communi membranacea tecta.

GUAJACANA T. *Guajacum patavinum* Raj. Folia alterna, caduca; calix utplurimum quadrifidus; flos campaniformis, tubulatus, superius utplurimum quinquifidus; pistillum mutatur in fructum

ſubrotundum, calice exceptum, ſeminibus in circulum diſpoſitis.

ANANAS Plum. & T. Radix vivax, craſſa; folia Aloes americanæ anguſtiora; flos infundibuliformis, trifidus, tuberculis fructus innatus; fructus carnoſus & turbinatus, corona folioſa ornatus; ſemina exigua, calyptra cincta, in pulpa gratiſſimi ſaporis, continet.

MELOCACTUS T. *Echinomelocactus* Herm. Planta habitu ſingulari gaudens, foliis & caule deſtituitur, ſucculenta & echinata eſt, unico tubere globoſo conſtans; flos nudus, campaniformis, tubulatus, ſuperius multifidus, ovario inſidet, intra tubercula ſpinoſa plantæ latitanti, quod fructum exhibet ſeminibus exiguis, multis fœtum.

ARBUTUS T. Folia oblonga, ſerrata, ſempervirentia; calix brevis, quinquifidus; flos campaniformis, globoſus ſive urceolaris, oblongus, ſuperius leviter quinquifidus; fructus Frago ſimilis, quinquelocularis, in ſingulis loculis ſeminibus multis.

HYPOCISTIS T. Flos campaniformis, quinquifidus, cujus inferior pars abit in fructum mollem, intus veluti radiatim diviſum, fœtum ſeminibus exiguis.

MANDRAGORA T. Radix craſſa; caules nulli, præter pedunculos flores & fructus ſuſtinentes; calix quinquifidus; flos campaniformis, profunde quinquifidus; fructus plerumque globoſus, in quo nidulantur ſemina reniformia.

CEREUS B. Radix vivax, ratione plantæ exigua, fibrilloſa; habitus aphyllos, ſpinoſus, anguloſus, caule recto vel inflexo, continuo vel articulato; calix longus, ſquamoſus, ovarium complectens, ad ſupe-

ſuperiora radiis longiſſimis ornatus; flos monopetalos, profunde multifidus, ſegmentis, inferius anguſtis, ſuperius explicatis; *aliis polypetalos;* pluribus ſtaminibus & piſtillo ſpecioſo ornatus; fructus, ſub membrana hirta, lenta, mollem carnem, multis ſeminibus fœtam, habet.

OPUNTIA T. *Tuna* Dill. Planta ex meris foliis ſucculentis, craſſis, aliis ex aliis enaſcentibus compoſita; ex ambitu foliorum emergit calix, ovarium complectens, ſuperius multifidus, cui inſidet flos monopetalos, profunde multifidus, *aliis roſaceus polypetalos*, ſtaminoſus; fructus eſt carnoſus, non raro ſpinis tenuiſſimis obſitus, umbilicatus, ſeminibus annulatis in pulpa deliteſcentibus.

PAPAYA Plum. & T. Arbor, caudice ſimplici foliis laciniatis ornato, inſtar Ricini; flos duplex; mas in una planta eſt nudus, tubulatus, multifidus, ſegmentis quinque longis, anguſtis, ſtaminibus multis; fœmina in altera planta ſuſtinetur calice brevi, dentato, eſtque pentapetalos, ſtaminibus nullis ornatus; ovarium in medio flore ſuſtinet tubam quinquifidam, in fimbrias foliaceas evolutam; ex ovario fit fructus, inſtar Melonis ſtriati, carneus, cortice craſſo, in cujus pulpa latent ſemina ſtriata, involucris propriis tecta.

GENIPA Plum. & T. Calici oblongo inſidet flos campaniformis, patens, in quinque profunda ſegmenta diviſus; fructus ex calice formatus, ovatus, carnoſus, in duo loculamenta dividitur, ſemina multa plana continentia.

MELONGENA T. Calix utplurimum quinquifidus, ſegmentis acutis; flos rotatus, utplurimum quinquifidus; fructus ex piſtillo natus, carnoſus, in quo ſemina reniformia ſine ordine nidulantur.

MOMORDICA T. *Balſamina mas* Raj. Planta capreolis ſcandens; flos duplex; ſterilis ſive mas nudus, nullo ovario inſidens, campaniformis, patens, profunde quinquifidus; fertilis ſive fœmina ovario inſidens, quod abit in fructum verrucoſis tuberculis exaſperatum, pauca carne & unico cavo donatum, elaſtica vi diſſilientem; qui ſemina continet plana, margine denticulato, calyptra membranacea obducta.

CUCUMIS T. Planta capreolis donata; calix quinquifidus, vel ovarium continens, vel ſterilis; flos campaniformis, quinquifidus; fructus teres, tuberculis ſpinoſis non raro bullatus, in terna vel quaterna loculamenta diviſus, quæ continent ſemina oblonga.

ELATERIUM B. *Cucumis aſininus* Raj. Planta capreolis deſtituta; fructus hiſpidus, vi elaſtica valde diſſiliens; ſuccus viroſus; de reliquo convenit cum præcedente.

MELO T. Habitu & flore cum Cucumere convenit; fructus ovatus, vel glaber, vel rugoſus, in terna loculamenta, bifariam ſecta, diviſus; caro dulcis; ſemina oblonga.

PEPO T. Fructu oblongo vel rotundo, cortice duro, aliquando tuberoſo, intus trifariam diviſo, & ſeminibus planis, annulo quodam cinctis, a præcedentibus differt.

MELOPEPO T. Fructu ſubrotundo, ſtriato, anguloſo, in quinque partes ſecto, ſeminibus compreſſis, placentæ ſpongioſæ affixis, a reliquis differt; *ſecundum Rajum capreolis caret.*

ANGURIA T. *Citrullus* Raj. Fructu eduli & folio in profundas lacinias diviſo a reliquis differt; *Rajus addit, ſemina Peponis non marginata.*

CUCUR-

Cucurbita T. Fructu longo, vel tereti, vel lageniformi, vel inflexo, cortice duro, fere lignoſo, tecto, in ſex loculamenta utplurimum diviſo, & ſemine plano, oblongo, hinc obtuſo inde latiore, quaſi introrſum emarginato, a reliquis differt.

Colocynthis T. Pulpa fructus fungoſa, amariſſima, & folio in profundas lacinias ſecto, a reliquis differt.

Sicyoides T. *Bryonioides* Dill. Planta capreolis ſcandens; flores in ſpica, campaniformes, patentes, quinquifidi; alii fertiles ovario ſuſtenti, alii ſteriles ovario deſtituti; fructus eſt congeries ſeminum, carne & cute tenui echinato tectorum, amygdalis ſimilium.

CLASSIS II.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, DIPETALO.

Circaea T. Radix fibroſa, repens, perennis; folia conjugata, integra, Solani; calix bifolius, caducus, margini ovarii innatus; flores in laxam ſpicam digeſti, petalis cordiformibus caducis; ovarium fit fructus ſiccus, lappaceus, pyriformis, deorſum nutans, bilocularis, duobus ſeminibus oblongis fœtus.

Stellaria aquatica Raj. Planta aquatica; folia aquis immerſa, anguſtiſſima, illis vero innatantia, quodammodo latiora, confertim quaſi ſtellæ in modum diſpoſita; flos, petala bina & duo ſtamina corniculata, in alis foliorum exhibet; fructus minor, membranaceus, quatuor lineis, altius impreſſis, diviſus.

Coris-

CORISPERMUM Juſ. Ad alas foliorum petala bina in medio tenent embryonem, tuba & ſtamine ornatum, qui tandem mutatus in ſemen colore & figura cimicis, ex una parte convexum, ex altera concavum, margine foliaceo circumdatum.

CLASSIS III.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, TRIPETALO.

I. Seminibus nudis.

TRIGLOCHIM Riv. *Juncago* T. Folia anguſtisſima, graminea; flores in ſpica; calix triphyllus, petalis minoribus; piſtillum, ſuperius fimbriatum, exhibet fructum ex tribus vaginulis conſtantem inferius dehiſcentibus, ſemina oblonga continentibus.

SAGITTA B. Radix fibroſa, craſſa, fungoſa, repens; folia, inferiora Plantaginis, ſuperiora ſagittæ cuſpidem alatam, referentia; caulis cavus, ſucculentus, quodammodo trigonus; calix trifidus; flos roſaceus, ſtaminoſus, vel ſterilis ovario deſtitutus, vel fertilis ovario præditus; fructus in medio ex multis ſeminibus, inſtar Fragi adunatis, conſtat.

ALISMA Riv. *Plantago aquatica* B. *Plantaginoides* Knaut. Radix valde fibroſa, in bulbum cœuns; folia oblonga, cuſpidata, plantaginea; caulis erectus, umbelliferis ſimilis; calix monophyllos, trifidus, primum expanſus, deinde retrotractus; flos roſaces; ſtamina ſex; ſemina orbiculariter poſita vel in capitulum, fere trigonum, in ſummitate applana-

tum

tum, congesta, compressa, per dorsum striata, vel in minoribus in globum echinatum collecta.

II. Seminibus tectis capsula membranacea.

EPHEMERUM T. *Tradescantia* Rup. Calix trifolius, stabilis; flos rosaceus, ovarium continens, quod mutatur in fructum trilocularem, seminibus Tritici æmulis fœtum.

TAMARINDUS T. Folia pinnata, absque impari extremo; calix quadrifolius; flos tripetalos; stamina tria, conjunctim reflexa ad latus ubi quartum desideratur petalum; fructus fit siliqua continens aliam siliquam, seminibus planis, angulatis, fœtam; intervallum inter duas siliquas repletum est pulpa acida nigra.

MICROLEUCONYMPHÆA B. *Morsus ranæ* Rup. Habitus Nymphææ; folia Asari; flos novem staminibus præditus, calice bifolio comprehensus; qui vel ovarium continet & fertilis est, vel illo destituitur, sterilis existens; fructus, in sex loculamenta divisus, semina minutissima continet.

BUTOMUS T. Radix vivax; folia graminea, triangula; Caules nudi, succulenti, in umbellam floridam, calice communi triphyllo cinctam, desinentes; calix triphyllos; flos rosaceus, *quibusdam hexapetalos dictus*, staminibus novem ornatus; fructus ex vaginulis, utplurimum sex cornutis, compositus; semina oblonga.

ALOIDES B. Caulis crassus, fungosus, in calicem bifolium, ex binis vaginis excavatis constantem, explicatur, qui ovarium cum flore tegit; ex hoc calice surgit pedunculus alius, ovarium sustinens, quod

quod calice monophyllo, trifido, ornatur, qui continet florem rosaceum, staminibus multis præditum; fructus in sex loculamenta divisus, fœta semine Avenæ simili.

Damasonium T. Habitus calix & flos ut in Alismate; fructus multicapsularis, stelliformis vel globosus; semina oblonga.

III. Seminibus tectis bacca.

Guanabanus Plum. & B. *Anona* Raj. Calix trifolius; flos rosaceus, staminosus; fructus globosus vel conoides, turbinatus aut squamatus, carnosus, semina multa oblonga continens.

Chamælæa T. Habitus arbusculæ; folia Oleæ minora; calix trifidus; flos tripetalos, *aliis tripetaloides*; stamina tria; ovarium fit fructus tricoccus, seminibus oblongis fœtus.

Cum sequente ad tricapsulares referri posset.

Ricinocarpos. B. Calix communis succingit flores steriles & ovaria; flores masculi, in spicam congesti, nudi sunt, petalis acutis, in stellam expansis, novem staminibus donati; eodem fere loco plantæ oritur ovarium, quod mutatur in fructum villosum, trigonum, trilocularem, instar Ricini.

CLASSIS IV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, TETRAPETALO.

I. Seminibus nudis quaternis.

Potamogeton. T. Planta in aquis crescens; radix fibrosa, vivax; folia vel alterna, vel conjugata;

gata; flos utplurimum nudus, vel ad foliorum alas, vel in plurimis in ſpica poſitus; fructus, ex ſeminibus oblongis vel angulatis conſtans, e piſtillo formatur.

Fontinalis Heb. ſive Pentapterophyllon Dill. ut & Myriophyllum Vail. huc referantur.

TORMENTILLA T. Radix fibroſa, perennis; folia, ternis plura, ſummitate pedunculi adnata; calix monophyllos, in octo partes diviſus; flos utplurimum tetrapetalos; ſemina quaterna, raro plura, nuda, in calice comprehenſa. *Quinquefolio annumeratur a Bœrhaavio.*

II. Seminibus plurimis nudis.

THALICTRUM. T. Radix ut plurimum fibroſa; folia lobata, umbelliferarum æmula; flores nudi, roſacei, nonnunquam pentapetali, petalis fugacibus præditi, ſtaminoſi, quaſi in umbellam redacti; fructus ex capſulis multis, vel alatis, vel non alatis conſtat, ſemen unicum oblongum continentibus.

FLAMMULA Rup. & Dill. Radix fibroſa, perennis; folia conjugata; flos nudus, raro pentapetalos, ut plurimum cruciatus; ſtamina multa, villoſa; ſemina, plumulis adnaſcentibus, cincinnata.

CLEMATIS Rup. & Dill. ſeminibus non plumoſis, quodammodo aduncis, a præcedente differt.

Clematitis T. & B. duo præcedentia genera complectitur, Viticellam vero olim dixit Clematidem Dillenius in catalogo plantarum giſſenſium.

III. Seminibus tectis capſula ſimplici.

TRIBULOIDES T. *Tribulus aquaticus* Raj. Radix longa,

longa, fibrosa, fundum aquarum petens; folia populneis similia; calix quadrifidus, continens petala; pistillum cum calice mutatur in fructum muricatum, durum, unico semine, Castaneæ æmulo, fœtum; calicis folia in aculeos fructus mutantur.

RAPISTRUM T. Calix quadrifolius, caducus; flos cruciatus; stamina sex ut plurimum; pistillum mutatur in fructum globosum, unicapsularem, unico ut plurimum semine fœtum.

CRAMBE T. Calix & flos Rapistro similes; fructus oblongus, unicapsularis, bifariam dehiscens, semine oblongo fœtus.

MYAGRUM T. Folia velut denticulis laciniata; calix & flos præcedentibus similes; fructus turbinatus, Pyri inversi forma, cauli appressus, unicapsularis, uno semine oblongo fœtus, duobus loculis inanibus ad apicem fructus.

JONTHLASPI T. Calix & flos ut in præcedentibus, sed minores, vix conspicui; fructus clypeiformis, fere rotundus, admodum compressus, e duobns valvulis, sibi invicem appresfis, compositus; continens semen unicum, orbiculatum, planum.

ISATIS T. Folia glauca, ad tingendum apta; calix & flos cum præcedentibus conveniunt; fructus lingulatus, ad ora compressus, latus, pendulus, bifariam dehiscens, semen oblongum continens.

Glastum Rup. huc referatur.

PAPAVER T. Folia alterna; calix bifolius, caducus; flos rosaceus, petalis amplis, tenuibus, fugacibus; stamina numerosissima, circa ovarium posita; fructus ovatus vel oblongus, operculo radiato coronatus; sub quo, in quibusdam speciebus, tot spiracula, quod radii fuerunt operculi, tot etiam in omnibus interius sunt lamellæ quibus semina adhærent;

quæ

quæ tamen laterales tantum ſunt, nec integrum fructum multicapſularem efficiunt.

VESICARIA T. Calix quadrifidus; flos cruciatus; piſtillum abit in fructum ſeu veſicam ſeminibus ſubrotundis fœtam.

CHELIDONIUM T. Succus acer, aureus, in omni parte plantæ; calix bifolius, caducus; flos cruciformis, caducus, ſtaminibus multis, ex ambitu baſeos ovarii, ortis; fructus eſt ſiliqua bivalvis, valvis feneſtræ mediæ adhærentibus, quæ ſuſtinet ſemina ſubrotunda.

EPIMEDIUM T. Rami ad ſingulos exortus terni, trichotomia continuata; folia, in ramorum faſtigio, terna; calix tetraphyllos, caducus; petala, in canales cæcos excavata, caduca; ſtamina quatuor; fructus unicapſularis, bivalvis, ſemina compreſſa, rotunda continens.

RAPHANISTRUM T. Calix quadrifidus, non apertus; flos cruciatus; ſiliqua articuloſa, columnæ faſciatæ æmula, ſemine ſubrotundo, in ſingulis articulis recondito.

Raphaniſtroides Knaut. huc referatur tanquam diſpermum.

CAKILE T. Calix tetraphyllos; flos cruciatus; fructus, haſtæ cuſpidi ſimilis, ex duabus partibus, articulatione junctis, conſtat, continet ſemen unicum, oblongum.

CARYOPHYLLUS AROMATICUS T. Flos petalis cruciatim poſitis conſtat, quatuor majoribus minores quatuor continentibus, omnibus calici quadrifido inſidentibus; qui mutatur in fructum ovatum, umbilicatum, unicum, ſemen oblongum continentem.

IV. Seminibus tectis capſula bipartita.

a. *longiore ſive ſiliqua.*

Glaucium. T. *Papaver corniculatum* Raj. Calix bifolius, caducus; flos roſaceus, raro pentapetalos, papaverinus; ovarium fit ſiliqua longa, apice bifido hirſuto inſtructa, teres, bivalvis, valvis ſepto medio adhærentibus; *quibusdam unicapſularis, ob ſeptum vero integrum melius bicapſularis dicitur fructus.*

Raphanus T. Radix carnoſa, eſculenta, acris; calix quadrifolius; flos cruciatus; ſiliqua cornu ſimilis, craſſa, fungoſa, manifeſte non bivalvis, ſed tenui tantum mediaſtino in duos loculos diviſa; ſemina rotunda.

Rapa. T. Radix carnoſa, eſculenta, dulcis; calix & flos Raphani; ſiliqua, Raphani multo tenuior, ſepto intermedio diviſa, bivalvis, ſemina ſubrotunda continens, deſinens in cornu fungoſum, quod ſimile ſemen continet.

Napus T. Radice minore & ſapore acriore a Rapa differt.

Brassica T. Folia plerumque ſinuoſa, rugoſa, glauca, carnoſa; calix & flos ut in præcedentibus; ſiliqua longa, cylindracea, valvis utrinque imbricatim adhærentibus ſepto medio; ſemina ſubrotunda, minus acria.

Eruca T. Odor totius plantæ imprimis foliorum contritorum, ſingularis, fœtidus, ſaporque proprius; calix & flos ut in præcedentibus; ſiliqua non raro anguloſa; ſemina ſubrotunda.

Sinapi T. Siliqua variæ formæ, longior, brevior, hirſuta

ſuta, glabra, in cornu fungoſum deſinens; ſemina ſubrotunda, ſapore acerrimo, qui & in foliis quodammodo ſe manifeſtat; reliqua ut in præcedentibus.

ERYSIMUM T. Calix & flos ut in præcedentibus; habitus proprius; ſiliqua tenuis, longa, ſtrictior, præcipue vero ſemina exigua, rotunda.

SISYMBRIUM T. Calix & flos ut in præcedentibus; habitus proprius; folia pinnatim diſſecta; ſiliquæ valvis non diſſilientibus, nec ſemina vi excutientibus, nec in ſpiram ſe contorquentibus; ſemina utplurimum ſubrotunda.

Accipitrina Riv. & Radicula Dill. & Barbarea J. B. huc referantur.

DENTARIA T. Radix ſquamoſa, carnoſa, denticulata; caulis ſimplex, non ramoſus; folia, in uno pedunculo, terna, quina, ſeptena; ſiliquæ longæ, valvis, per maturitatem inſtar helicis reſiliendo, convolutæ, ſemina compreſſa, rotunda, vi ejiciunt; calix & flos ut in præcedentibus.

HESPERIS T. Calix & flos ut in præcedentibus; ſiliqua longa, cylindracea, bivalvis, foveis ſepto intermedio impreſſis, ſemina rotunda & globoſa continentibus.

Alliaria Raj. quæ odore Allii & Conringia Heiſt. quæ ſiliqua quadrangulari & Gakenia Heiſt. quæ ſiliqua tricuſpidi & Schellhammeria Heiſt. quæ ſiliqua cornu cervi diviſura differunt, huc referantur ut & Viola matronalis H. Eyſt.

LEUCOJUM T. *Keiri* Rup. Calix & flos ut in præcedentibus, flores tamen ut plurimum ſpecioſi, odorati; ſiliqua longa, compreſſa, bivalvis; ſemina

compressa, plana, orbiculata, ala foliacea in plurimis cincta.

Keiri Raj. quod colore floris luteo differt, huc referatur.

CARDAMINE T. Folia utplurimum pinnatim divisa; calix & flos ut in præcedentibus; siliqua tenuis, valvis cum impetu inferne sursum resilientibus, seque convolventibus; semina orbicularia.

TURRITIS T. Calix & flos ut in præcedentibus; siliqua magis plana ab Hesperide, seminibus non marginatis a Levcojo, differt; siliquæ in pyramidem positæ, in quo habitus proprius.

b. *latiore compressa.*

LUNARIA T. *Bulbonac* Rup. Calix & flos ut in præcedentibus; fructus planus, satis magnus, vel latior, vel angustior, septo medio divisus, semina continens reniformia, utplurimum marginata.

c. *breviore sive silicula.*

THLASPI T. Folia non laciniata, integra; flos & calix ut in præcedentibus; fructus subrotundus, planus, utplurimum ala foliacea cinctus, & superne bifidus, septo intermedio, respectu valvarum ad perpendiculum oblique posito; semina plana.

THLASPIDIUM T. Convenit cum præcedente, sed fructu est quasi gemello, plano, binis partibus constante, septo, ut in præcedente, utplurimum cum spiculo in medio; quælibet valva continet semen unicum, utplurimum oblongum, compressum.

Thlaspi biscutatum Raj. sive Biscutella Heb. sive Perspicillum Heist. huc referatur.

Thlaspidium Riv. sive Iberis Dill. ex Thlaspi & Thlaspidii

Tourne-

Tournefortii generibus, species quæ sunt flore irregulari, petala bina majora, bina minora habentes sistit.

NASTURTIUM T. Folia multifida; fructus ora foliacea destitutus, variæ formæ, septo fructus & reliquis ut in Thlaspi.

Coronopus Ruellii. Raj. sive Iberis Rup. florum parvitate tantum differt, & ideo huc referatur.

ALYSSON T. Calix & flos ut in præcedentibus; fructus septo valvis parallelo distinctus, exiguus, gibbus, seminibus subrotundis fœtus.

Draba Dill. quæ petalis bifidis & loculo oblongo distingvitur, huc referatur.

ALYSSOIDES T. Calix, flos & septum fructus, ut in præcedente; fructus fere ellipticus, turgidus, crassus; semina orbiculata, plana, marginata.

BURSA PASTORIS. T. Calix & flos ut in præcedentibus; fructus planus, triangularis vel cordiformis, septo divisus, valvis septo normalibus; semina exigua.

LEPIDIUM T. Folia ut plurimum integra; calix & flos ut in præcedentibus; fructus exiguus, cuspidi lanceæ similis; semina utplurimum oblonga; sapor plantæ acris.

COCHLEARIA T. Folia utplurimum crassa, carnosa; calix & flos ut in præcedentibus; fructus fere globosus; semen globosum, sapor plantæ magis amarus.

V. Semine tecto capsula quadripartita.

ARGEMONE T. Radix annua; folia laciniata, in spinas abeuntia; calix bifolius; flos Papaveri similis,

 ut-

utplurimum tetrapetalos, interdum pentapetalos vel hexapetalos; *Fructus spinosus, trilocularis B.* utplurimum quadrilocularis, interdum & quinquelocularis vel sexlocularis; *unilocularis, valvis tantum in latere distinctis, Tournefortio dicitur.*

SYRINGA T. *Philadelphus.* Raj. Calix monophyllos, expansus, quadrifidus; flos rosaceus, interdum pentapetalos; stamina multa; fructus quadrilocularis, calici concretus, acuminatus, seminibus exiguis fœtus.

RUTA T. Folia in segmenta divisa, glauca; calix monophyllus, vel quadrifidus, vel quinquifidus, stellatus; flores rosacei, in summitate siti, utplurimum pentapetali; stamina octo vel decem; fructus in tot loculamenta divisus quot petala adsunt, inferius subrotundus, superne angulosus; semina reniformia & angulata.

ERUCAGO T. Calix quadrifolius, caducus; flos cruciatus; fructus instar clavæ tetragonæ cristatus, in quatuor loculamenta utplurimum divisus, semina continens subrotunda, rostrata.

HYPOPITYS Riv. Radix squamosa, profunda; caulis succulentus, squamis minoribus vestitus; pedunculi florum ex squamis superioribus; calix quadrifolius, ex foliolis inferius angustioribus superius latioribus, compositus; petala quatuor, cum calicis foliolis, alternatim basi ovarii annexa, inferius excavata, postmodum carinata & tandem exterius reflexa; flores in spica positi; pistillum, quod arcte cingunt octo stamina, oblongum & tuba longiore instructum est; in fructum mutatur quadrilocularem, seminibus exiguis fœtum.

ERICOIDES. *Erica* Rup. Habitus Ericæ; quatuor folio-

foliola plantæ florem ſuſtinent inſtar calicis; poſtmodum alter calix quadrifolius huic inſiſtit foliolis majoribus, firmioribus, rubicundis conſpicuus; in quo latent petala minora, teneriora, cum calice marceſcentia; in quorum medio ſunt ſtamina decem, cingentia capſulam depreſſam, minorem, quatuor lineolis exterius diviſam; ſemina tenuiſſima; flores in ſpica non decidui.

LINOIDES Rup. *Radiola* Dill. Habitus Lini; calix quadrifidus; flos tetrapetalos; fructus diviſus in octo loculamenta; ſemina exigua, Lino ſimilia. *Ad Alſines tetrapetalas a Rajo refertur.*

VI. Seminibus tectis bacca.

UNIFOLIUM Rup. *Monophyllum* Raj. Flos nudus, utplurimum tetrapetalos; fructus pulpoſus, ſemina continens unicum vel bina; folia ſingularia ex terra oriuntur, in caule enim bina vel terna; *ad Smilacem refertur a T.*

CORNUS T. Calix communis, tetraphyllos, rigidus, ex cujus centro multi floſculi; calici proprio, quadrifido, minori, ovarium continente, petala accreſcunt; fructus olivæ ſimilis, umbilicatus, carnoſus, oſſiculum biloculare continet, ſeminibus oblongis fœtum.

Oſſea Rup. Virga ſanguinea Dill. quæ flores non in calice communi ſed in umbella diſpoſitos habet, huc referatur.

OXYCOCCOS T. Folia Serpilli; viticulæ tenues, ſupinæ; calix minor, quadrifidus, ovarium continens; petala cruciatim poſita; fructus globoſus, carnoſus, in quatuor loculamenta diviſus; ſeminibus ſubrotundis fœtus.

SOLANOIDES T. Flos nudus, non deciduus; pistillum mutatur in testam subrotundam, nuculam continentem tunica carnosa tectam; *ad Phytolaccam refert B.*

CHRISTOPHORIANA T. Folia Imperatoriæ non nihil similia; flos nudus, interdum pentapetalos, raro hexapetalos; stamina ex ambitu ovarii, multa; fructus mollis, ovatus, duplici serie seminum fœtus.

HERBA PARIS T. *Paris* Rup. Radix fibrosa, repens; caulis non ramosus; folia ex uno ambitu prodeuntia, lata, utplurimum quaterna; calix quadrifolius; petala cruciatim posita, angusta; fructus est bacca in quatuor loculamenta divisa, seminibus oblongis fœta.

CERVISPINA Riv. & Dill. Frutex duplex; alter floribus sterilibus, in quibus calici quadrifido imponuntur petala & stamina; alter fertilis, ubi calix continet ovarium, quod mutatur in fructum mollem, tetrapyrenum.

CAPPARIS T. Calix quadrifolius; flos utplurimum tetrapetalos, staminosus, pistillo longiori; fructus est pyriformis, carnosus, continetque semina plurima, vel subrotunda, vel reniformia.

SAPINDUS Plum. & T. *Saponaria arbor* Raj. Calix quadrifolius; flos rosaceus, ex quatuor petalis constans; pistillum mutatur in fructum sphæricum carnosum, nucula foetum cum nucleo contento ejusdem formæ.

CLAS-

CLASSIS V.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, PENTAPETALO.

I. Semine nudo unico.

LIMONIUM T. Radix fibroſa; calix longus, tubuloſus, ſuperius expanſus, infundibuliformis, ex ſquamis vel foliolis exeuns; flores utplurimum caryophyllæi, ſed & nonnunquam monopetali; ſemen oblongum, calice ſquamoſo involutum.

STATICE. T. Radix fibroſa, perennis; folia graminea; caulis nudus, ſuperius, ubi in calicem abit, calyptra membranacea tectus; calix communis, membranaceus, ex multis ſquamis conſtat, in quo multi floſculi caryophyllæi, contenti in calicibus propriis, infundibuliformibus, monophyllis, profunde quinquifidis; ſemen oblongum, in calice contentum.

CUMINOIDES T. Radix fibroſa, annua; folia Pimpinellæ ſanguiſorbæ; calix communis, foliolis parvis pinnatis, ſtellatim poſitis, capitulum globoſum ſuccingit; in quo floſculi petalis fimbriatis, caliculo proprio, trifoliato, pennato inſiſtentes; ſemen eſt oblongum, corona pappoſa inſtructum.

COTINUS T. Folia rotunda, in longo pedunculo; calix exiguus, quinquifidus; flos roſaceus, in cymis tenuisſimorum ſed rigidorum filamentorum, late diffuſis pilis, plumatim obſitis, quæ ex ſummis ramulis oriuntur; fructus orbicularis, duro & impartibili putamine tegens ſemen triangulare.

RHUS T. Folia pinnata aut triphylla; calix exiguus, quinquifidus; flores rosacei, in racemos digesti; fructus subrotundo, fere globoso, semine fœtus.

Sumach Rup. huc pertinet.

MOLLE T. Folia pinnata, extremo impari; flos rosaceus; fructus instar grani Piperis.

TOXICODENDRUM T. Folia terna; calix exiguus, quinquifidus; flos rosaceus; fructus subrotundus, siccus, striatus, irregulari semine fœtus.

II. Semine bino nudo.

ACER T. Folia laciniata vel angulosa; calix quinquifidus; flos rosaceus, stamina decem continens; fructus constat ex duabus, raro tribus, capsulis, in alam foliaceam desinentibus, & quælibet semine subrotundo fœta est.

ERYNGIUM T. Folia in caule alterna; caules glabri; flosculi proprio caliculo quinquifido insidentes, squamis interpositis, in capitulum echinatum congeruntur; petala in centrum reflexa; ad basin capituli est corona radiata, aculeata, & capitula quasi in umbellam digeruntur; *unde inter umbelliferas refertur a nonnullis;* semina bina, tum foliata, tum plana.

III. Seminibus plurimis nudis.

MYOSURUS J. B. Radix annua; folia graminea; flos nudus, petalis, appendice instructis, deorsum tendente; stamina ex ambitu baseos ovarii, multa; semina in spica longa.

DRYMOPOGON Tab. *Barba capræ* T. Calix & flos Ulmariæ similis; fructus ex vaginulis multis, utplurimum

rimum tribus, in capitulum collectis, non intortis, ſemine oblongo fœtis; flores & fructus in longas ſpicas congeſti.

ULMARIA T. Folia pinnata, agrimonoidea; calix quinquifidus, ſtellatim expanſus; flores roſacei, in paniculas congeſti, ſtaminibus multis præditi; fructus conſtat ex multis vaginulis intortis, in capitulum collectis, ſemen exiguum continentibus.

QUINQUEFOLIUM T. *Pentaphyllum* Raj. Radix fibroſa, perennis; folia ternis plura, ſummo pedunculo tanquam centro adnata; calix decaphylloides, ſegmentis quinis majoribus, totidem minoribus interjacentibus; ſtamina multa; flos roſaceus; fructus fere globoſus, ſeminibus multis in capitulum collectis.

Fragaria ſterilis Raj. non niſi foliorum numero ternario differt.

PENTAPHYLLOIDES T. Folia non radiata ex uno centro, ſed quaſi in alas compoſita, extremo impari; reliqua ut in præcedente.

CARYOPHYLLATA T. Radix fibroſa, perennis; folia agrimonoidea, veluti pinnata; calix ſtabilis, monophyllos, decaphylloides, ſegmentis quinque majoribus, quinque minoribus in illorum interſtitiis; flos roſaceus, interdum calathi figura; ſtaminibus multis; ſemina, colliguntur in capitulum rotundum, caudata, utplurimum plumoſa.

RANUNCULUS T. Calix plerumque pentaphyllus, caducus; flos utplurimum pentapetalos, petalis rotundioribus, ſtaminibus multis, ex ambitu baſeos ovarii, intra illud & petala, ortis; fructus oblongus vel rotundus; ſemina varia pro diverſitate ſpecierum.

Ranunculoides Vail. huc referatur.

FRAGA-

FRAGARIA T. Radix fibrosa, perennis; folia in quolibet pedunculo terna, nervosa; flagella repentia; calix decaphylloides; flos rosaceus; fructus oblongo-rotundus, pulposus; semina exigua, pulpæ molli esculentæ innata.

Gruinalis Riv. flore est regulari; reliqua vide in Geraniis.

IV. Seminibus tectis capsula simplici.

TILIA T. Ligulæ foliaceæ, communi flosculorum pedunculo adnascentes; calix pentaphylloides; flos rosaceus; stamina multa; fructus unicapsularis, monococcus, subrotundus, interdum seminibus quibusdam oblongis fœtus.

AMARANTHUS T. In spica vel cuspidata, vel cristata, crescunt flores; coma vel speciosa, vel minus splendida; in plurimis caliculus quinquifidus sustinet florem rosaceum, petalis cuspidatis; *aliis apetalos dicitur flos*; fructus est testa globosa, horizontaliter dehiscens, semina subrotunda continens, vel unum, vel plura.

LEONTOPETALON T. Radix tuberosa; flos nudus, rosaceus, utplurimum pentapetalos; fructus est vesica angulosa, cuspidata, axi medio suffulta, cui adhærent semina globosa.

CARYOPHYLLUS T. *Tunica* Rup. & Dill. Folia longa, integra, conjugata, caules cingentia; calix ex pedunculo ortus, bifolius, alterum bifolium continet, ex quo surgit tertius cylindricus, longior, superius quinquifidus; flos caryophyllæus, *petalis ex longo tenui initio in latum excrescentibus*, ex fundo calicis surgens; stamina decem; fructus oblongus, fere cylindricus, calice involutus, semina foliacea, compressa, rugosa continens.

LYCHNIS

LYCHNIS T. Folia integra, conjugata; calix integer, ſuperius quinquifidus, ſtabilis, vel tubulatus, vel ampulloſus, ora anguſta, non raro ſtriatus; flos caryophyllæus, petalis utplurimum cordiformibus & foliolis, corollam formantibus, ornatis; ſtamina quinque ad decem; fructus oblongus & conicus, apice dehiſcens, in variis apparenter trifidus vel quinquifidus, cum ſepta ad ſuperiora non pertingant; ſemina ſubrotunda, angulata, reniformia;

Muſcipula Riv. fructu trifido; Viſcaria Riv. fructu quinquifido; Ocymaſtrum Riv. calice tumidiore; Nigellaſtrum Riv. calicis ſegmentis florem ſuperantibus; Cuculi Heiſt. flore laciniato; Lychnoides Heiſt. petalis bifidis; Saponaria Riv. habitu quodam proprio; Viſcago Dill. in H. Elth. caule viſcido & capſula tripartita, a quibusdam diſtinguuntur, commode tamen huc referri poſſunt.

Otites Rup. habitu ſatis convenit cum Lychnidibus, Ruppius vero eidem adſcribit duplices flores, maſculinos & fœmininos, fructumque tricapſularem.

ALSINE T. Folia conjugata, integra; calix profundiſſime diſſectus, quadrifidus vel quinquifidus; flos roſaceus, tetrapetalos vel pentapetalos, petalis integris, bifidis vel trifidis; ſtamina varia; fructus ſubrotundus vel conicus, apice dehiſcens, ſemina exigua continens.

Spergula Rup. ſive Alſinella Kram. & Dill. flore tetrapetalo; Arenaria Rup. ſive Spergula Dill. petalis florum integris; Alſinanthemum Kram. petalis bifidis; Spergula Kram. petalis integris flore levcoiformi; Holoſteum Kram. & Dill. petalis florum trifidis diſtinguuntur, commode tamen huc referri poſſunt.

ALSINA-

ALSINASTRUM T. Calice monophyllo ab Alſine, flore roſaceo a Lychnide, differt.

Alſinaſtriformis Kram. flore tripetalo ; Alſinaſtroides Kram. flore tetrapetalo diſtinguuntur, ſed commode huc referri poſſunt.

MYOSOTIS T. *Ceraſtium* Kram. Fructus cornu bubulo ſimilis, apice dehiſcens, reliqua Alſines.

CUCUBALUS T. Habitus Alſines altius ſcandentis; calix amplus, monophyllos, campaniformis, ora quinquifida; flos caryophyllæus, petalis in apice multifidis; fructus globoſus, membranaceus, ſiccus; ſemina reniformia, ſplendentia.

MITELLA T. Radix perennis; folia Hederæ terreſtri ſimilia; caliculus monophyllos, quinquifidus; flos roſaceus, ſpicatus, petalis ex interſtitiis calicis ortis; fructus ſubrotundus, acuminatus, bifariam dehiſcens, in formam mitræ epiſcopalis; ſemina minuta, ſubrotunda.

ORELLANA. H. L. B. Capſulis lappaceis & foliis cordatis differt.

PORTULACA T. Folia ſucculenta, craſſiuſcula; calix monophyllos, bifidus, inferiorem ovarii partem arcte cingens; flos roſaceus; fructus eſt ovatus, duplici teſta conſtans, quarum prior horizontaliter aperitur, & ſucceſſu temporis altera etiam horizontaliter dehiſcit, operculis illis ſecedentibus; ſemina, in parte vaſculi inferiore pediculo affixa, exigua, plurima.

ANDROSÆMUM T. Radix fibroſa; folia conjugata; calix monophyllos, quinquifidus, expanſus; flos roſaceus, ſtaminoſus; fructus ovatus, membranaceus, non adeo carnoſus, exterius trifidus, ſed unicapſularis, tribus placentis interius inſtructus, quibus adhærent ſemina exigua.

GRANA-

GRANADILLA T. Calix triphyllus, ex quo ſurgit brevis pedunculus, calicem pentaphyllum arcte florem ambientem ſuſtentans, cui inſidet flos pentapetalos, intra quem multa filamenta verſicolorata in orbem expanduntur; piſtillum in medio erigitur, cui accreſcunt ſtamina quinque, deinde ovarium imponitur, tribus tubis ſive clavis, coronatum; fructus ovatus, globoſus, quodammodo comoſus, ſeminibus calyptra obvolutis, ad coſtas quaſi ad placentam annexis.

PARNASSIA T. *Gramen parnaſſi* Raj. Folia ſubrotunda, in orbem fuſa; calix pentaphylloides; flos roſaceus, quinque petalis amplioribus, quinque aliis minoribus, fimbriatis, interioribus conſtans, in caule unus; fructus conoides, in tres vel quatuor partes dehiſcens; ſemina exigua.

ROS SOLIS T. *Rorella* Rup. Folia rotundiora, ſetis rubentibus fimbriata, quibus guttæ adhærent; caules nudi, flores longa ſerie geſtantes; calix oblongus, tubulatus, multifidus, ſegmentis acutis; flos roſaceus; fructus acuminatus, conicus, in apice dehiſcens, ſemina multa exigua continet.

AGRIMONIA T. Radix fibroſa, perennis; folia alterna, pinnata, rugoſa; calix ovarium arcte ambiens, corona pinnularum acutarum cinctus in medio, ſuperius quinquifidus; flos roſaceus, raro hexapetalos, in ſpicam congeſtus, ſtaminibus multis ornatus; fructus oblongus, lappaceus, unico vel gemino ſemine fœtus.

AGRIMONOIDES T. Habitus Agrimoniæ; foliolum trifidum, in fine pedunculi, ſuſtinet calicem, tubuloſum, in decem ſegmenta acuta diviſum; ex centro hujus calicis ſurgit ovarium oblongum, alio calice quinquifido coronatum, qui florem roſaceum ſuſti-

ſuſtinet; fructus eſt capſula villoſa, apice coronato, unicum ſemen continens.

TELEPHIUM T. Folia alterna, calix quinquifidus, flos roſaceus; fructus trigonus, ſeminibus ſubrotundis fœtus.

HELIANTHEMUM T. *Chamœciſtus* C. B. Folia utplurimum conjugata; calix trifolius; flos roſaceus, petalis rotundioribus; ſtamina multa; fructus globoſus, nonnunquam trigonus, acuminatus, plerumque trifariam dehiſcens, ſeminibus ſubrotundis, parietibus fructus tenuibus filamentis affixis.

KALI T. Habitus aizoides, ſucculentus; flos nudus, roſaceus, *aliis apetalos;* fructus globoſus, unicum ſemen cochleatum continens.

TAMARISCUS T. Folia tenuiſſima, cupreſſinis ſimilia; flores in ſpica roſacei, calici exiguo quinquifido inſiſtentes; fructus membranaceus, oblongus, acuminatus, bivalvis vel trivalvis, ſemina papposa continet.

V. Seminibus tectis capſula duplici.

GEUM T. Calix profunde quinquifidus, expanſus vel reflexus; flos roſaceus; ſtamina octo vel decem; fructus ſubrotundus, bicornis, ſemina exigua continens.

SAXIFRAGA T. Calix quinquifidus, quodammodo tubuloſus, fructum arcte ambiens; flos & fructus Gei.

STAPHYLODENDRON T. Calix pentaphylloides, caducus, expanſus; flos roſaceus, in ſpica poſitus; piſtillum mutatur in fructum, membranaceum, inſtar veſicæ inflatum, in duo utplurimum loculamenta diviſum; oſſicula axi adhærent rotundiora, ſemen continentia ejuſdem figuræ.

VI. Se-

VI. Seminibus tectis capſula tripartita.

HYPERICUM T. Radix fibroſa; folia conjugata; calix pentaphylloides, conſtans, expanſus; flos roſaceus, ſtaminoſus; fructus utplurimum trigonus, tricuſpidatus & trivaſcularis, ſemina exigua continens.

BEGONIA Plum. & T. Flos duplex; alter ſterilis, tetrapetalos, duobus petalis latioribus, duobus anguſtioribus, ſtaminibus multis, ornatus; alter calice folioſo ornatus, roſaceus, ſtaminibus itidem repletus; calix vero abit in fructum trigonum, alatum, ſeminibus tenuiſſimis fœtum.

HARMALA T. Folia diſſecta, alterna; calix quinquifidus, ſegmentis profundis, gracilioribus; flos roſaceus, utplurimum pentapetalos; ſtamina decem; fructus ſubrotundus; ſemina longiuſcula.

RICINOIDES T. Calix multifidus; flos roſaceus, utplurimum pentapetalos, ſed ſterilis; in alia plantæ parte oriuntur ovaria, calice multifido involuta, quæ mutantur in fructus tricoccos, ſemina oblonga continentes.

CLUTIA B. Folia oblonga, caduca; caliculus quinquefolius, caducus; flos roſaceus; fructus ſubrotundus, trilocularis, ad Ricinoidem accedens.

THEA Raj. Folia Spirææ; flos Ciſti; fructus tricoccos.

GARIDELLA T. *Nigellaſtrum* Mag. Radix annua; folia capillacea; calix polyphyllos; flos roſaceus; petala fornicata, bifida; fructus componitur ex thecis disjunctis bivalvibus, una, duabus, tribusque.

VII. Seminibus tectis capſula quinquepartita.

SEDUM T. Habitus plantæ ſucculentus; folia enaſcenti utplurimum in globum circumfuſa, in caule alterna, ſine ordine; calix monophyllus, quinquifidus, multifidus; flos roſaceus, pentapetalos, polypetalos; ſtamina quinque, plura; fructus ex vaginulis conſtat corniculatis, æquantibus numerum petalorum, in capitulum collectis, ſemina exigua continentibus.

Sempervivum Rup. flore polypetalo, & Vermicularis Knaut. flore hexapetalo diſtinguuntur, ſed commode huc referuntur.

Anacampſeros T. ſive Telephium Raj. ſive Fabaria Rup. quæ, foliis circa radicem in globum non collectis, a præcedentibus differunt, huc fortaſſis referri poſſent.

Roſea Rup. quæ, flore tetrapetalo, capſula quadripartita, differre dicitur, etiam huc referatur.

HERMANNIA T. Calix monophyllus, veſicarius, quinquifidus; flos roſaceus; petala inferius anguſta, ſuperius lata, convoluta; fructus pentagonus, quinquefariam dehiſcit, & ſemina exigua continet.

NIGELLA T. Radix annua; folia capillacea; calix utplurimum ex foliolis quinque tenuiſſimis, ramoſiſſimis conſtat; flos roſaceus, utplurimum pentapetalos; ſtamina multa, brevia, ex commiſſura placentæ & ovarii orta, interpoſitis corpuſculis corniformibus, flores monopetalos irregulares referentibus; fructus eſt vel membranaceus, oblongus, ſupra multicornis, vel ex vaginis corniculatis quatuor

tuor, quinque vel pluribus, compositus; semina vel subrotunda, vel plana.

CORCHORUS T. *Melochia* P. Alp. Folia alterna; calix pentaphylloides; flos rosaceus; fructus cylindraceus, quinquefariam dehiscens, semina angulata continet.

TRIBULUS T. *Tribulus terrestris* Raj. Radix annua; folia Lentis vel Ciceris; calix pentaphylloides; flos rosaceus; fructus muricati, e quinque veluti triangularibus partibus compositi, quarum cuspides in centro concurrunt, reliqui anguli in spinas abeunt acutas; semina sunt oblonga, singula in quolibet loculo.

ASCYRUM T. Calix, flos & stamina, Hyperici; fructus acuminatus, pyramidalis, seminibus oblongis & exiguis fœtus.

FABAGO T. Folia in eodem pedunculo bina, carnosa; pedunculi bini, ex adverso positi; calix pentaphyllus; flos rosaceus; stamina decem; fructus cylindraceus, pentagonus, quinquefariam dehiscens, singulis valvis septo intergerino munitis; semina plana.

SARRACENA T. Calix quinquefolius; flos rosaceus; pistillum clypeo quinquangulari magno munitum est, & abit in fructum utplurimum quinquifidum, semina oblonga continentem.

FAGONIA T. *Orbitochortus* Knaut. Trifoliata planta, foliis binis ex opposito; spinis quatuor, ad singula genicula; calix pentaphyllos; flos rosaceus, petalis amplis, distantibus; fructus pentagonius, ex quinque utplurimum vaginis compositus, axi, in spinam eminentem abeunti, accreti; in singulis semen subrotundum.

AQUILEGIA T. Radix vivax; folia glauca, umbelliferarum modo diviſa; calix quinquefolius, utplurimum colore florali conſpicuus; petala quinque, inter foliola calicis poſita, cornucopiæ referentia, in aliis plana, ſimplicia vel multiplicia; ſtamina numeroſa, circa ovarium poſita; fructus ex quinque utplurimum vaginis corniculatis compoſitus, quæ apice dehiſcentes, ſemina, vel ovata, vel plana, emittunt.

CISTUS. T. Radix vivax; habitus arboreus; folia conjugata; calix triphyllus vel pentaphyllus; flos utplurimum pentapetalos, ſtaminoſus; fructus ſubrotundus vel acuminatus, utplurimum quinquecapſularis, ſemina exigua continens.

SPIRÆA T. Calix pentaphylloides, ſtellatus; flos roſaceus, ſtaminoſus, petalis, ex margine interiori calicis, ex interſtitiis ſegmentorum, ortis; fructus ex quinque vaginulis, ſemen oblongum continentibus, componitur.

VIII. Seminibus tectis capſula multiplici.

LINUM T. Folia utplurimum alterna; calix monophyllus, profunde quinquifidus; flos caryophyllæus; fructus globoſus, acuminatus, ex quinis vel denis capſulis, introrſum dehiſcentibus, compoſitus; in quolibet vel duplex vel unicum ſemen, planum, hinc obtuſum, inde acuminatum, fere ovatum.

TELEPHIOIDES T. Calix quinquifidus; flos roſaceus; piſtillum mutatur in fructum ſubrotundum, in ſex loculamenta diviſum; in quibus ſingulis unicum ſemen.

MICRONYMPHÆA B. Calix quinquifidus; flos roſaceus,

ceus, reliqua cum Nymphæa vulgari conveniunt, licet paulo minora ſint.

POPULAGO T. *Caltha paluſtris* Raj. Radix vivax; folia ſubrotunda, integra; flos nudus, ranunculoides, utplurimum pentapetalos; fructus, ex multis vaginulis, ſtellatim diſpoſitis, deorſim inflexis, compoſitus; ſemina in illis multa, oblonga.

HELLEBORUS T. Folia digitata; flos nudus, roſaceus, utplurimum pentapetalos; ſtamina multa, ex commiſſura ovarii & placentæ orta, appoſitis corpuſculis corniformibus, flores monopetalos referentibus; *quæ B. & Raj. petala dicuntur, flos vero calix*; fructus, ex vaginis membranaceis, in cornua deſinentibus, & juxta longitudinem dehiſcentibus conſtat; ſemina ſubrotunda vel ovata.

Helleboraſter Rup. huc pertinet.

HELLEBORO-RANUNCULUS B. *Trollius* Rup. *Ranunculus globoſus* Raj. Folia Aconito ſimilia; flos nudus, roſaceus, utplurimum pentapetalos, ſtaminoſus, petalis concavis & introrſum modice reflexis, ut globum ſeſſilem imitentur; fructus ex multis vaginulis parvis, in modum capitis Ranunculi congeſtis, conſtat; in quibus ſemina ſubrotunda.

IX. Seminibus tectis bacca.

a. *monopyrena.*

CELTIS T. *Lotus arbor* Raj. Folia Urticæ quodammodo ſimilia; flos roſaceus, nudus, ſtaminibus brevibus; ovarium bicorne, mutatur in baccam rotundam, oſſiculo ſubrotundo, quaſi quadripartito, fœtam; flores & fructus in alis foliorum ſinguli.

 LAU-

LAURO-CERASUS T. Folia laurina, crassa, splendentia; calix infundibuliformis, ora plana, quinquifida; flos rosaceus, staminibus multis ornatus, racematim dispositus; pistillum mutatur in fructum cerasiformem, mollem, ossiculo fœtum longiore quam in Ceraso; in quo nucleus.

CERASUS T. Folia majora, lucida; calix valde cavus, monophyllos, corona quinquifida, per maturitatem reflexa, ornatus; flos rosaceus, petalis ex interstitiis segmentorum calicis natis; stamina sæpe ad triginta; pistillum mutatur in fructum, pulposum, subrotundum vel cordatum, testa ossea rotunda, nucleum condente, fœtum; pedunculus fructui valde longus.

PADUS Theophrasti & Raj. Foliis Salicis latioribus, flore & fructu racematim positis & ossiculo oblongo scabro a Ceraso differt.

CASIA POETICA Lob. & Raj. Folia Linariæ; flores Ribis; fructus est bacca rotunda cum unico intus ossiculo.

PRVNVS T. Calix pentaphylloides; flos rosaceus; stamina multa; fructus ovatus vel globosus, pediculo satis longo insidens, sub tunica glabra, tenui, pulpam copiosam continet, in qua deprehenditur ossiculum oblongum, compressum, utrinque magis vel minus acuminatum, unico nucleo fœtum.

ARMENIACA T. Folia Populi nigræ; calix cavus, utplurimum pentaphylloides; flos rosaceus, raro hexapetalos, petalis & staminibus multis, ex margine calicis cavum coronante, ortis; fructus globosus, ad latera paululum compressus, cuticula sericea cinctus, juxta longitudinem sulcatus, carnosus, continens

nens officulum fere glabrum, unico vel duplici ſemine fœtum, pedunculo valde brevi.

PERSICA T. Folia oblonga, anguſta; calice, flore & fructu, cum Armeniaca ſatis conveniens; officulo profundis ſcrobiculis inſculptis ornato, differt.

AMYGDALUS T. Calix & flos ut in præcedentibus; fructus oblongus, compreſſus, officulo longiori, lævi & ſcrobiculis inſculpto, callo pulvinato, minus ſpiſſo & per maturitatem ſicciore, obducto.

b. *Dipyrena.*

FRANGULA T. Calix campaniformis, quinquifidus; flos roſaceus, petalis, ex interſtitiis ſegmentorum calicis, interius ortis; *aliis flos nudus monopetalos dicitur;* fructus eſt bacca ſeminibus planis & ſubrotundis fœta.

ZIZIPHUS T. *Jujube* C. B. Folia oblonga, trinervia; caliculus pentaphylloides; flos roſaceus, herbaceus, exiguus, ſeſſilis, fere abſque pedunculo; fructus ovatus, pediculo brevi inſidens, Olivæ ſimilis, carnoſus; continens officulum in quo duo loculamenta, nucleis oblongis fœta.

MYXA Dod. & B. *Sebeſtena* C. B. Calix quinquifidus; flos roſaceus, racematim congeſtus; fructus carnoſus, pruniformis, calice exceptus, pedunculo longo inſidet, fœtus officulo, ſimplici, duplici aut triplici loculo inſtructus, in ſingulis unus nucleus.

c. *tripyrena.*

MALPIGHIA Plum. & B. Caliculus monophyllus, quinquifidus, ſegmentis bifidis; flos roſaceus, ſtaminibus in formam tubæ coaleſcentibus; fructus

globoſus, carnoſus, unicapſularis, oſſicula tria, alata, nucleo fœta, continens.

PALIURUS T. Spinæ longæ, acutiſſimæ; calix pentaphylloides; flos roſaceus; fructus petaloides ſive umbonem referens, in pulpa fungoſa, oſſiculum durum, globoſum, triloculare continet, in quolibet vero loculo ſemen rotundum.

EVONYMOIDES B. Folia alterna; calix pentaphylloides, ſtellatus; flos roſaceus, ſpicatim poſitus; fructus globoſus, trilocularis, ſingulis loculis gerens duo ſemina pulpæ immerſa.

d. *tetrapyrena.*

VITIS T. Capreoli viticulis apprehendentes in virgultis longiſſimis; flos nudus, roſaceus; piſtillum mutatur in baccam mollem, ſucculentam, quatuor utplurimum ſeminibus fœtam, quæ fere pyriformia ſunt, ſuperiore extremo ſubrotundo, altero anguſto; flos & fructus in racemis.

HEDERA T. Frutex cirris paraſiticis, arboribus & parietibus adhærens & ſcandens; flos nudus, non raro hexapetalos; fructus eſt bacca globoſa, ſeminibus utplurimum quaternis, ab una parte gibbis ab altera planis, fœta; flos & fructus in racemis.

Meniſpermum T. Ciſſampelos Rup. quod flore tetrapetalo eſſe dicit Dillenius, ob baccam triplicem, ſemen lunatum continentem, ab Hedera diſtingui poſſet.

e. *polypyrena.*

ARALIA T. *Angelica baccifera* Raj. Folia Angelicæ ſimilia; calix minor, ovarium arcte ambiens, ſuperius leviter quinquifidus; flos roſaceus; fructus eſt bacca

bacca globosa, oblongis seminibus fœta; flos & fructus in racemis.

EVONYMUS T. Calix monophyllus, quadrifidus vel quinquifidus; flos rosaceus, utplurimum pentapetalos; fructus membranaceus, angulatus, paucam pulpam continens, in quatuor vel quinque loculamenta divisus, seminibus oblongis fœtus.

Vulgaris Evonymi species utplurimum flore tetrapetalo & fructu quadricapsulari tetrapyreno gaudet.

MURUCUJA Plum. & T. Calix quinquifidus; flos rosaceus, in medio tubus cono truncato similis, in quo ovarium superius tribus clavis & staminibus, ut videtur quinque, ornatum; fructus est ovatus, unicapsularis, carnosus, multa semina calyptra inclusa continens.

PHYTOLACCA T. Calix quinquifidus; flos rosaceus, in racemos dispositus; fructus est bacca globosa, non raro depressa, seminibus in orbem positis.

RUBUS T. Frutex utplurimum spinosus & trifoliatus; calix quinquifidus, segmentis cuspidatis; flos rosaceus, staminosus; placentæ, in medio calice sitæ, annectuntur acini succulenti multi, in capitulum oblongum collecti, seminibus oblongis fœti, qui fructum formant.

ROSA T. Frutex infirmus, medullosus, plerumque spinis corticalibus obsitus; folia pinnata, extremo impari; ovarium sphæricum, calice arcte comprehensum; calix vero superius profunde quinquifidus, segmentis longis, cuspidatis & laciniatis; flos rosaceus, petalis ex margine interno calicis ortis, unde & stamina numerosa proveniunt; fructus est bacca oblonga, coronata, unicapsularis, seminibus angulosis, villosis, plurimis fœta.

MESPILUS T. Calix, ovarium arcte complectens, ſuperius eſt quinquifidus; flos roſaceus; petala & numeroſiſſima ſtamina ex ora interna calicis oriuntur; fructus coronatus, carnoſus, unicapſularis, oſſiculis quinque utplurimum fœtus, nucleum oblongum continentibus.

Cotoneaſter Rup. & Oxyacantha Rup. huc referantur.

AZEDARACH T. Folia Fraxini utcunque ſimilia; caliculus pentaphylloides; flos roſaceus; in medio flore oritur tubus ſuperius dentatus; fructus in fundo calicis ex piſtillo natus, fit bacca nucleum ſtriatum, ſubrotundum, quinquecapſularem continens; in quolibet loculo latet ſemen oblongum.

GUAJAVA Plum. & T. Calix ovarium arcte cingens, ſuperius quinquifidus; flos roſaceus, ſtaminoſus; fructus ovatus, coronatus, mollis, in cujus carne multa exigua ſemina nidulantur.

MYRTUS T. Folia perpetua, ſuaveolentia; calix ovarium arcte cingens, ſuperius quinquifidus; flos roſaceus, ſtaminoſus; fructus eſt bacca oblonga, umbilicata, trilocularis, ſeminibus multis reniformibus fœta.

GROSSULARIA B. Frutex ſpinoſus; folia parva; calix nudus, pelviformis, ovario inſidens, quinquifidus, petalis minoribus in floris ſegmentis ſitis, quæ ideo florem roſaceum formant; *aliis flos dicitur nudus, campaniformis;* ovarium fit fructus globoſus, ſparſim poſitus, flore contracto quaſi umbilico coronatus, continetque ſemina exigua.

RIBES B. Frutex non ſpinoſus; folia majora; flos & fructus in racemis; de reliquo ſatis convenit cum præcedente.

PYRUS T. Habitus procerior & erectior quam Mali; calix ovarium arcte complectens, ſuperius quinquifidus,

fidus, in centro cavus; flos rosaceus, staminibus multis ora interna calicis adnatis, petalis ibidem in interstitiis segmentorum positis; fructus oblongus, turbinatus, quinquelocularis, carnosus, umbilicatus; semina in loculis oblonga, cartilagineo cortice tecta.

CYDONIA T. Habitus humilior, ramis diffusis contortisque; calix & flos Pyri; fructus carnosus, umbilicatus, ad Pyrum figura accedens, lanugine cana investitus, quinquelocularis, semina condens glutinosa.

CRATÆGUS T. Folia solitaria, non pinnata; calix & flos Pyri; fructus figura Pyri, magnitudine baccæ, umbilicatus, in loculis membranosis semina callosa condens; *ad Mespilum retulit Rajus.*

SORBUS T. Folia pinnata, extremo impari; flores & fructus umbellatim congesti; reliqua Pyri vel Cratægi.

Aucuparia Rup. huc pertinet.

MALUS T. Calice & flore cum Pyro fere convenit; differt vero Pomo, circa pediculum plerumque excavato, loculamentorum seminalium parietibus cartilagineis, arbore magis patula.

CACAO Plum. & T. Calix pentaphyllus; flos rosaceus; pistillum, tubi cujusdam multiscissi laciniis cinctum, mutatur in fructum cucumiformem, striatum; seminibus in quinque utplurimum acervulos oblongos collectis, qui Amygdalarum formam habent & fissiles sunt.

AURANTIUM T. Folia rigida cum appendice ad pedunculum cordiformi; calix instar cotylæ orbicularis, parum cavus, brevis, leviter quinquifidus; flos rosaceus, raro hexapetalos, stamina multa, infra concreta; fructus ex pistillo formatus, rotundior & depres-

depreſſior; cortice carnoſo aurei coloris cinctus, diviſus in varia loculamenta, ſucci & veſicularum plena, ſeminibus calloſis fœta.

MALUS ADAMI Raj. Omnia ut in Aurantio, ſed appendix ad baſin folii deeſt.

CITREUM T. Folia absque appendice; caliculus tenuis, carnoſus, quinquifidus; flos roſaceus; fructus longior, pallidior, cortice craſſiore donatus; reliqua ut in Aurantio.

LIMON. T. Omnia Citrei, ſed fructus cortice tenuiore pulpa vero craſſiore donatus.

CLASSIS VI.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, HEXAPETALO.

I. Semine nudo.

FILIPENDULA T. Radix fibroſa, perennis, appenſis bulbis glanduloſis; folia tenuiter ſecta, ad Millefolium accedentia; calix minor, monophyllus, denticulatus, retroflexus; flores utplurimum hexapetali, paniculatim ſparſi, in caulibus longis, fere nudis; ſtamina numeroſa ex ora calicis reflexi orta; fructus globoſus, conſtans ex ſeminibus in capitulum dolii æmulum collectis.

PULSATILLA T. Radix fibroſa, perennis; folia diſſecta, caulem inſtar coronæ amplectentia; flos nudus, utplurimum hexapetalos; ſtamina numeroſiſſima; ſemina multa, cincinnata, plumulis longis adhærentibus.

II. Semi-

II. Seminibus tectis capſula ſimplici.

ANAPODOPHYLLON T. *Pomum majale* Raj. Radix repens, tuberculata; folia Aconiti; calix monophyllos, undique clauſus inſtar cucuphæ, maxime caducus, floris creſcentis mole illico excuſſus; flos roſaceus, petalis ex ambitu placentæ ovarii natis; ſtamina duodecim; pedunculo, ex alis foliorum orto, fructus ovatus, unicapſularis, inſtar Cynosbati coronatus, innaſcitur; ſemina continet ſubrotunda.

JUNUS T. Caules vel graminei foliis ornati, vel teretes medulla fungoſa pleni, foliis ejuſdem indolis; flores nudi, roſacei, petalis acutis; ovarium, tuba longa trifida inſtructum, fit fructus unicapſularis, trigonus, trifariam dehiſcens, ſemina continens utplurimum ſubrotunda.

Cyparella Rup. huc referatur.

III. Seminibus tectis capſula duplici.

SALICARIA T. Calix tubuloſus, ſtriatus, ſuperius multifidus, ſegmentis tenuibus, acutis; flos roſaceus; petalis ex inciſuris calicis ortis; ſtaminibus multis; floret in ſpica verticillatim, vel ad alas foliorum; in calice latet fructus ovatus, ſemina exigua continens.

Hyſſopifolia Raj. huc referatur.

PORTULA Dill. Folia conjugata; calix pelviformis, dentatus; flos fugax, roſaceus; fructus ſubrotundus, membranaceus, minutisſima ſemina continens; floret in alis foliorum. *Portulacis adſcribit Rup. & unicapſularem appellat.*

IV. Semi-

IV. Seminibus tectis capſula tripartita.

IRIS T. Radix tuberoſa; calices bini, membranacei, vaginarum inſtar ſe mutuo ſuccingentes, florem ſuſtinent, qui ovario ex fine pedunculi orto inſiſtit; flos, tribus petalis bifidis ſurſum, tribus integris deorſum flexis, conſtat; piſtillum, ex floris fundo ſurgens, tribus petalis fornicatis inſtructum eſt, quæ ſtamina tegunt; *Tournefortio monopetalos Rajo enneapetalos dicitur flos;* fructus oblongus, trifariam dehiſcens, ſemina nunc ſubrotunda nunc plana continet.

Chamæiris Rup. huc referatur.

HERMODACTYLUS T. Radix tuberoſa, ex appoſitis tuberculis compoſita, veluti digitata; folia anguſta, triquetra vel quadrangula; reliqua Iridis.

XIPHION T. *Iriaſtrum* Heiſt. Radix bulboſa; reliqua cum Iride ſatis conveniunt.

SISYRINCHIUM T. Radix gemina, altera alteri inſidente, ut in Croco; petala ſurſum ſpectantia, integra, quæ in Iride bifida ſunt; reliqua cum Iride conveniunt.

HYACINTHUS STELLATUS Raj. *Stellaris* Dill. *Hyacinthoides* Knaut. Folia, radix & habitus Hyacinthi; flos nudus, Ornithogali more expanſus, ſtaminibus anguſtioribus; fructus Ornithogali.

VERATRUM T. *Helleborus albus* Raj. Folia nervoſa, liratim ſtriata & velut plicatilia; flos nudus, in ſpicas collectus; fructus tribus vaginis in capitulum collectis conſtat, in quibus ſemina alia aliis ſuperincumbentia, frumenti grano ſimilia, ala membranacea cincta continentur.

PHALANGIUM T. Radix fibroſa; flos nudus ſpicatim diſpo-

diſpoſitus, ovarium amplectens, quod fit fructus ſubrotundus, ſemina anguloſa continens.

LILIASTRUM T. Radices parvis Napis ſimiles, fibris aliquot accretis, fere ut in Aſphodelo; flos exacte liliaceus; fructus oblongus, ſeminibus anguloſis fœtus.

ORNITHOGALUM T. Radix bulboſa, raro tuberoſa, pedunculus florum ad caulem membrana longa tenui cingitur; flos nudus, plerumque ſpicatus, petalis averſa parte utplurimum linea viridi notatis; ſtamina lata, tria acuminata, tria bifida, ovarium amplectentia; fructus eſt ſubrotundus, ſeminibus itidem ſubrotundis plenus.

SCILLA Raj. Radix maxima, cepacea, acris; folia lata; flores Hyacintho ſtellato ſimiles, in longis ſpicis diſpoſiti, antequam folia appareant; fructus trigonus, ſemina plana continens.

LILIUM T. Radix bulboſa, carnoſis ſquamis conſtans, extrinſecus in orbem poſitis, ſed imbricatim incumbentibus; caules multis foliis cincti; flos nudus, petalis modice extrorſum flexis, placentæ in orbem adnatis; fructus anguloſus, tribus angulis ſubrotundis; ſemina plana, ala foliacea cincta, gemina ſerie in quolibet loculo poſita.

MARTAGON Rup. Petalis penitus extrorſum convolutis a præcedente differt.

LILIO-HYACINTHUS T. Radix & folia Lilii; caulis vero nudus; flos Hyacintho ſimilis, ſed hexapetalos, amplectens ovarium, quod mutatur in fructum ex globoſo acuminatum, trigonum; ſemina globoſa.

METHONICA H.L.B. & B. Radix carnoſa, venenatiſſima, forma rectanguli; caules ſcandentes; folia alterna, liliacea, ſuperius in viticulum exeuntia; flos nudus

nudus, petalis ſinuatis, penitus reflexis; fructus ovalis, ſemina rotundula gerens.

TULIPA T. Radix bulboſa, tunicata; caules erecti, foliis aliquot latis cincti; flos nudus, urceiformis, unicus, in faſtigio caulis; fructus oblongus, trigonus, ſemina plana, ſerie gemina ſibi incumbentia in quolibet loculo.

FRITILLARIA T. Radix ex duobus ſquamis ſeu tuberibus carnoſis conſtans, e quorum medio ſurgit caulis; flos liliaceus, campaniformis, pendulus, plerumque teſſulatus; fructus oblongus; ſeminibus planis, in quolibet loculo gemina ſerie poſitis.

LILIO-FRITILLARIA B. Radix, folia & caules, liliaceis ſimiles; flos & fructus Fritillariæ.

CORONA-IMPERIALIS T. Radix tunicata, odore nauſeoſo; caulis ſupra radicem foliis liliaceis ornatus, media parte nudus; flores campaniformes, petalis ad ungvem interius concha mellita inſtructis penduli, nudi, infra comam folioſam, caulis ſummitatem ornantem, in coronam digeſti; fructus oblongus, alatus, ſeminibus planis fœtus, ſerie gemina in quolibet loculo.

DENS CANIS T. Radix carnoſa, dentis canini forma; flos nudus, pendulus, liliaceus, petalis longis, reflexis, in caule unus; fructus ſubrotundus; ſemina oblonga.

NARCISSO-LEVCOJUM T. *Levcojum bulboſum* Raj. *Levconarciſſolirium* Knaut. Radix bulboſa, tunicata; caulis nudus, in ſummitate ex vagina membranacea, emittit pedunculos florigeros, unum, plures, ovarium ſuſtinentes, cui tandem inſiſtit flos nudus, pendulus, apicibus petalorum virentibus, petalis vel æqualibus, vel tribus majoribus tribus minoribus; fructus eſt ſubrotundus; ſemina rotunda.

LILIO-

LILIO-NARCISSUS T. Radix bulboſa, tunicata; flos ovario inſiſtens, ex vagina membranacea emergens, liliaceus; fructus oblongus, vel ſubrotundus, trigonus; ſemina ſubrotunda.

BERMUDIANA T. Radix perennis, vel fibroſa, vel bulboſa; folia graminea; flos ſtellatus, ovario calice quinquifido ornato, inſidet; fructus trigonus, ſeminibus ſubrotundis fœtus.

PORRUM T. Radix bulboſa, tunicata, fere cylindracea; folia lata, non fiſtuloſa, quandoque carinata; flores nudi, in faſciculos fere globoſos collecti; ſtaminibus latis, in tria capillamenta deſinentibus, in quorum medio apex; fructus ex piſtillo natus, ſubrotundus; ſemina ſubrotunda.

CEPA T. Radix bulboſa, tunicata, orbicularis; folia fiſtuloſa; caulis fiſtuloſus, in ventrem aſſurgens utrinque turbinatum; flos in corymbum ſphæricum collectus; fructus Porri.

ALLIUM T. Radix tunicata, bulboſa, ex multis nucleis conſtans; folia plana, non cava, fœtor olidus in omni parte plantæ; flores hexapetali, hermaphroditi, in umbellæ aut corymbi formam collecti; fructus Porri; in aliis ſpeciebus flores duplices; mares ovario deſtituuntur, annexo in fine pedunculi longioris bulbulo; fœminæi vero ovario ut in hermaphroditis inſtructi.

MOLY B. Ab Allio floribus magis ſpecioſis & odore ſuavi differt.

APHYLLANTHES T. Calix ſquamoſus, velut tubulatus; flos Tournefortio liliaceus dicitur, magis tamen caryophyllæus eſſe videtur; fructus trigonus, trifariam dehiſcens, turbinatus, ſeminibus ſubrotundis fœtus.

V. Seminibus tectis capſula multiplici.

HELLEBOROIDES B. *Aconitum* Rup. Folia Aconiti; finis pedunculi fit foliolum, in novem radios ſtellatim diviſum, calicem repræſentans; flos utplurimum hexapetalos, ſtaminoſus, interius corniculis bifidis, flores monopetalos referentibus, ornatus; fructus Hellebori.

VI. Seminibus tectis bacca.

DRACUNCULOIDES B. Radix tuberoſa Ari, appenſis napiformibus radicibus aliis, non fibroſis, pellucidis; folia ex tubere longa, lata, integra, in acutum mucronem deſinentia; caulis pictus, rectus, compreſſus, ſuſtinet calicem hexaphyllum, ex quo ſurgunt floſculi multi, hexapetali, nudi, ovario inſidentes, quod in baccam rotundam, monopyrenam, umbilicatam mutatur.

BERBERIS T. Folia oblonga, denticulata; ſpinæ acutæ, unitæ; calix parvus, bifolius, ſuſtinet alterum hexaphyllum majorem; flores roſacei, globoſi, in ſpicis pendulis; fructus cylindraceus, ſemine oblongo fœtus, vel uno, vel duobus, vel nullo.

SMILAX T. Habitus ſcandens cum capreolis; caules utplurimum ſpinoſi; flores nudi, roſacei; fructus ſubrotundus, uno vel altero ſemine utplurimum ovato, fœtus.

ASPARAGUS T. Radices inſtar fuſi; folia tenuiſſima; flos nudus, roſaceus, velut campaniformis; fru-

fructus rotundus, ſeminibus orbicularibus, duris, quaſi corneis, fœtus.

PUNICA T. Calix, ovarium in ſe continens, monophyllus, multifidus, colore ruberrimo; flos utplurimum hexapetalos, ſtaminoſus, ovario intra calicem ſito, innatus; excuſſo flore calix, ſuperius contractus, exhibet fructum pomiformem, cortice lentiſſimo continens ſemina plurima, pulpa vinoſa tecta, favorum modo diſpoſita, in loculis multis.

VII. Seminibus tectis ſquamis conum formantibus.

TULIPIFERA B. Folia anguloſa, quaſi abſciſſo mucrone; flos Tulipæ; fructus eſt conus erectus, ſquamoſus, ſub ſquamis ſemina bina, oblonga condens, alis membranaceis donata.

MAGNOLIA Plum. & Dill. Calix trifidus; flos non raro polypetalos; ſtamina ex baſi ovarii orta, multa, in orbem ſunt poſita; mutatur vero ovarium calici inſidens in fructum ſquamatum, durum, tuberoſum, coniformem, qui intra ſquamas continet ſemina phaſeoliformia.

CLASSIS VII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, REGULARI, POLYPETALO.

I. Seminibus nudis plurimis.

ADONIS B. Folia fœniculacea; calix pentaphyllus; flos roſaceus, ſtaminoſus; ſemina oblonga,

cuſpidata, in capitulum ſeminale oblongum, inſtar Pini, collecta.

Helleboraſtrum Heiſt. ſive Helleborus Hippocratis Tab. huc pertinet.

HEPATICA Dill. Radix fibroſa, perennis; folia trilobata; pedunculi florum & foliorum ex radice ſeorſim omnes; calix utplurimum triphylloides, ſtabilis; flos roſaceus, ſtaminoſus; ſemina multa, in capitulum collecta.

FICARIA Dill. *Chelidonium minus* B. Radix grumoſa vel glanduloſa; folia ſubrotunda; caules procumbentes; calix utplurimum triphyllus, caducus; flos roſaceus, ſtaminoſus, petalis oblongis; ſemina plurima, in capitulum collecta.

ANEMONE B. Radix tuberoſa, nodoſa, raro fibroſa, perennis; folia ranunculoidea, terna, ſimul caulem inſtar coronæ amplectentia; caulis ſimplex, ſuſtinens florem roſaceum, ſtaminoſum; ſemina plurima, calyptra lanuginoſa tecta, in capitulum collecta.

ANEMONOIDES Dill. *Nemoroſa* Rup. Radix utplurimum fibroſa; folia terna, maxime diſſecta, caulem ſingularem inſtar coronæ ambientia; flos nudus, roſaceus, ſtaminoſus; ſemina plurima in capitulum collecta.

Anemone ranunculus Dill. huc referatur.

II. Seminibus tectis capſula.

PAEONIA T. Radix tuberoſa, craſſa; calix polyphyllus; flos roſaceus, maximus, ſtaminoſus; fructus ſiliquis cornutis, multis, ſæpe tribus, deorſum incurvis, lanugine pubeſcentibus, juxta longitudinem de-

dehiſcentibus conſtat; ſemina in his globoſa, parvum nucleum continentia.

NYMPHAEA T. Radix vivax, magna, in fundo fluminum; folia craſſa, fungoſa, fere orbicularia, aquis innatantia; calix quinque floralibus foliis conſtans, intra quem petala multa, parva, rigida, in orbem diſpoſita; ſtaminibus in medio numeroſiſſimis; fructus globoſus, urceolaris, papaverino ſimilis, ſed multicapſularis; ſemina exigua, oblonga.

NELUMBO T. Fructus eius ſparſim nidulantia ſemina continet, quo ſolo differt a Nymphaea.

LEUCONYMPHAEA B. Radix, habitus & folia Nymphaeæ; calix herbaceus, utplurimum pentaphylloides; flos roſaceus, ſtamina multa petaloidea continens; fructus oblongus, conicus, coronatus, multicapſularis, ſeminibus oblongis fœtus.

CLASSIS VIII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, REGULARI, COMPOSITO EX REGULARIBUS TANTUM.

I. Semine ſolido.

ECHINOPUS T. *Carduus ſphærocephalos* Raj. Habitus Cardui; pedunculus abit in capitulum minutiſſimum, ſub quo calix exiguus, multifidus, ita reflexus ut pedunculum ambiat; capitulo illo ceu placentæ inſident calices ſquamoſi, embryonem continentes; quibus inſident floſculi fiſtuloſi, quinquifidi, rarius quadrifidi, ſegmentis extror-

ſum reflexis; embryo in calice contentus fit ſemen cylindricum, corona minima pappoſa ornatum; calices vero multi caput ſphæricum formant.

CARTHAMUS T. Calix ſquamoſus, capitatus, corona foliacea cinctus; floſculi utplurimum quinquifidi, inſiſtentes embryoni, qui in ſemen abit intra calicem comprehenſum.

SANTOLINA T. Radix fibroſa; folia alterna, denticulata, crenata, granulata; flores, in ramis ſingulis, ſinguli, majores quam in Abſinthio; calix ſquamoſus, quaſi hemiſphæricus; floſculi in illo deprehenduntur utplurimum quinquifidi, inſidentes embryonibus, qui in ſemina abeunt foliolis imbricatis diſtincta.

Ananthocyclus Vail. huc referatur.

TANACETUM T. Radix fibroſa; folia alterna, in ſegmenta pinnata & crenata diviſa; floſculi utplurimum quinquifidi, embryonibus inſidentes, in calice ſquamoſo, hemiſphærico, comprehenſis; ſemina exigua; flores in umbellas diſpoſiti.

BALSAMITA B. Foliis amplis, integris, ſerratis, a Tanaceto differt.

AGERATUM C. B. & B. Flores in umbellas laxiores digeſti; calix ſquamoſus, quodammodo longior; habitus quidam proprius; de reliquo cum præcedentibus convenit.

ABSINTHIUM T. Flores in pedunculis ex alis foliorum ortis nati, minores; calix ſquamoſus; floſculi quadrifidi vel quinquifidi, embryonibus inſidentes, plerumque deorſum vergentes.

ARTEMISIA T. Floribus erectis, foliis ſubtus incanis, ſuperne obſcurius viridibus & habitu proprio, a præcedente diſtinguitur.

ABRO-

ABROTANUM T. Foliis capillaceis, fere viridibus & habitu proprio, ab Absinthio distinguitur.

DRACO Dod. & B. Foliis alternis, Hyssopi æmulis, imis divisis, cæteris integris, a præcedentibus distinguitur.

Conf. de his Rajus in Method. p. 37.

GNAPHALIUM T. Folia, tomentosa & habitus Filaginis; calix hemisphæricus, squamosus; flosculi quinquifidi, foliolis imbricatis interstincti, insidentes embryonibus qui mutantur in semina calyptra munita.

BIDENS T. Radix fibrosa; folia utplurimum conjugata; calices squamosi, quandoque foliosi; flosculi utplurimum quinquifidi, embryonibus insidentes; flores in aliis etiam radiati accedentibus flosculis irregularibus; semen in variis planum, angustum, oblongum, in omnibus aculeatum, vel duplici vel triplici aculeo.

Verbesina Rup. huc referatur ut & Cannabina aquatica Raj.

EUPATORIOPHALACRUM Vail. Folia conjugata; calix simplex, multifidus, non squamosus; flores plerumque non radiati; semina solida collocantur in thalamo foliolis referto, & sunt calva, nec pappo nec aculeo ornata.

II. Semine papposo.

ELICHRYSUM T. Calix squamosus, splendidus, aureo, argenteo alioque colore insignis; flosculi utplurimum quinquifidi, embryoni insidentes.

FILAGO T. *Gnaphalium* Raj. Calix squamosus, nec splendens, nec speciosus; flores instar stellæ dispositi; flosculi utplurimum quinquifidi, embryoni in-

ſidentes; partes plantæ ruptæ, in filamenta ductilia deſinentes.

EUPATORIUM T. Radix fibroſa, vivax; folia bina, terna, quaterna, ad eundem exortum per intervalla; calix oblongus, anguſtus, ſquamoſus; floſculi, capillamentis longis, bifidis, ornati; flores in umbellam digeſti.

COMA AUREA B. Habitus fruticoſus; Radix fibroſa; folia numeroſa, alterna, cauli & ramis circumnata; calix non ſpecioſus, ſquamoſus; flos aureus, vel ſolitarius, vel in umbellam digeſtus.

Chryſocome Dill. huc pertinet.

CONYZA T. Calix ſquamoſus, plerumque cylindraceus; pappi cum flore eminentes; *quidam radium exiguum tribuunt.*

Bacharis Raj. & Knaut. huc referatur, ut & Conyzoides Dill. qui tamen ob radium, ad Aſteres ponit.

SENECIO T. Calix monophyllus, cylindricus, ſimplici velut palorum vallo conſtans, multifidus, inferius leviter ſquamoſus, elapſo flore conicus, atque per maturitatem plerumque deorſum vergens.

PETASITES T. Radix magna, vivax; folia incana, magna, orbicularia; flores folia antevertentes, in thyrſum diſpoſiti; calices cylindrici, multifidi, ſquamoſi; floſculi quadrifidi vel quinquifidi; in alba ſpecie floſculi minores tantum tubam embryoni pappoſo impoſitam oſtendunt.

CACALIA T. Radix vivax; folia Petaſitidis, ſubrotunda, integra, ſerrata; calix cylindricus, integer, ad margines tantum denticulatus; floſculi quadrifidi.

Cacalianthemum Dill. Caudex carnoſo-lignoſus, craſſus, ex cujus ſummitate, inter folia erumpunt, caules teneriores

res

res ramosi, flores sustinentes Cacaliæ similes sed flosculis quinquifidis constantes; an ad Cacaliam referri possit?

CARDUUS B. Folia semper spinosa, alterna; calix capitatus, squamosus, non raro aculeatus; spinæ omni parte rigidiores in plurimis.

Carduus T. Capite est omnino spinoso, igitur & Jaceas illas quæ capite sunt spinoso Carduos appellat.

CIRSIUM T. Folia spinis molliusculis & brevioribus cincta; reliqua Cardui.

CINARA T. Folia spinosa vel non spinosa; calix squamosissimus, densissime compactus, squamis tandem explicatis, inferius carnosis, edulibus; disco carnoso innascuntur caliculi, embryones continentes, quorum apici aculeato innascuntur flores, exteriores magni steriles, interiores fertiles, staminibus & tuba instructi.

CNICUS T. Calix squamosus, capitatus, corona ex foliis plurimis complicatis composita, succinctus.

JACEA B. Folia caulesque spinis carentia; folia marginibus æqualibus, non serratis; calix squamosus, vel spinosus, vel non spinosus; in quibusdam speciebus flores sunt irregulares, fistulosi, steriles, radium constituentes.

Calcitrappa Rup. ut & Calcitrappoides d' Is. huc referantur.

CENTAURIUM MAJUS T. *Chironia* Riv. Radix perennis; folia non spinosa, serrato margine; calix squamosus, capitatus, non spinosus; flos speciosus.

LAPPA T. *Bardana* off. Folia maxima, orbicularia; calix squamosus, capitatus, squamis in mucrones hamatos desinentibus.

SERRATULA Raj. & B. Foliorum margines magis &

minutius ferrati; calix capitatus, fquamofus, fere cylindraceus, minor quam in Centaurio majore.

Serratula Dill. *omnes etiam Jaceæ fpecies radium non habentes complectitur, licet folia ferrata non habeant.*

Crupina Knaut. & *Rup. quæ corona feminis pilofa a præcedentibus differt, huc referatur.*

Crupina Dill. *Jaceæ fpecies quæ femine funt folido non papposo complectitur.*

CLASSIS IX.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, REGULARI, COMPOSITO, EX REGULARIBUS ET IRREGUARIBUS.

I. Semine folido.

Corona solis T. *Flos folis* Raj. *Sol* Rup. Flos utplurimum major quam in reliquis compofitis; calix fquamofus; flofculi irregulares ampli, cufpidati; regulares breviores, utplurimum quinquifidi, embryoni, binis foliolis coronato, infidentes, qui fit femen, quod foliolis imbricatis diftinguitur, ita ut feminibus excuffis floris fundus, velut favus melle vacuus, appareat.

Chrysanthemum T. Radix annua; calix hemifphæricus, fquamofus; flofculi irregulares femper aurei, ad minimum ad bafin in illis qui albido flore gaudent; femina ftriata, quibufcunque foliolis deftituta.

Chry-

CHRYSANTHEMOIDES T. Folia ſparſa; flos ut Coronæ ſolis, minor; calix vel ſimplex, ad baſin ſciſſus, vel ſquamoſus; floſculi inſident embryoni, qui mutatur in nuculas, baccam primo referentes, poſtmodum vero dureſcentes, nucleum continentes.

LEVCANTHEMUM T. *Bellis major* Raj. Floſculi irregulares, penitus albi; reliqua ut in Chryſanthemo.

BELLIS T. Radix fibroſa, perennis; caules ſimplices, rariſſime ramoſi; calix ſimplex, in aliquot partes ad baſin usque ſectus, nec ſquamoſus; diſcus flore delapſo conicus, obtuſus,

COTULA T. Folia tenuia Chamæmeli; calix plerumque ſquamoſus; flos nonnunquam ex regularibus tantum compoſitus; ſemina in omnibus plana, cordiformia, alata.

CHAMÆMELUM T. Radix fibroſa; folia tenuiter ſecta; calix ſquamoſus, multiplici foliorum ſerie expanſus; flos vel radiatus radiis obtuſis albis, vel nudus; habitus proprius.

MATRICARIA T. Radix annua, fibroſa; folia in aliquot paria laciniarum, ad mediam usque coſtam, inciſa, laciniis etiam per margines ſectis; calix hemiſphæricus, ſquamoſus; flos radiatus, floſculis irregularibus, obtuſis, albis, raro nudus.

Partheniaſtrum Niſ. & Dill. huc referatur.

BUPHTHALMUM T. Facies totius plantæ Tanaceto ſimilis; floſculi diſci & embryones foliolis imbricatis diſtincti; reliqua Chryſanthemi vel Levcanthemi.

PTARMICA T. Folia ſerrata, crenata, diſſecta, inodora; calix ſquamoſus; flos omnino albus, fere in umbellam diſpoſitus; ſemina tenuisſima.

MILLE-

Millefolium T. Folia tenuissime secta; calix squamosus, fere cylindricus; flosculi disci & radii concolores; flores in umbellas densissime congesti.

Asteriscus T. Radix fibrosa; calix stellatus, corona foliosa florem superante succinctus; semina plana, plerumque marginata.

Asteroides T. Flos & habitus Asteris; semina oblonga.

Caltha T. *Calendula* Raj. Radix fibrosa, annua; folia oblonga, integra, succulenta; flosculi radii in plerisque in apice crenati; embryones fiunt capsulæ curvæ, marginatæ, semine oblongo fœtæ, longiores & majores in ambitu, minores in centro.

Tagetes T. *Flos africanus* Raj. Radix fibrosa, annua; folia ad nervum usque incisa, fere ut in Tanaceto; calix monophyllos, tubulatus, superius dentatus; flosculi radii vel plani, vel fistulosi; semina longa, compressa, angulata, capitulo foliato instructa.

Xeranthemum T. *Stœbe* Riv. Radix fibrosa, annua; folia subincana, alterna, integra; calix squamosus, lævis, argenteus; flosculi in radio sunt tantum petala sterilia, rigida, cuspidata, igitur ob formam tantum huc referuntur; semina capitulo foliaceo instructa.

II. Semine papposo.

Aster T. Radix fibrosa, folia alterna, plerumque integra; caules ramosi; calix squamosus, expansus; flos speciosus.

Helenium Raj. huc referatur.

Virga aurea T. Radix & folia ut in Astere; calix

lix ſquamoſus, non adeo expanſus; flos longa ſerie in caulium & ramorum faſtigio naſcens, inſtar virgæ, in pedunculis brevibus, utplurimum minor Aſteris & aureus.

Conizella Dill. ſive Virga argentea Heiſt. huc referatur.

DORIA Raj. Radix fibroſa, perennis, folia fere integra, oblonga; calix cylindricus, inſtar tubi; flores in ſummitate in umbellam laxius diſponuntur.

JACOBÆA Raj. Folia ſatis profunde laciniata, reliqua Doriæ;

Tournefortius hæc duo genera ſub nomine Jacobææ conjungit.

ANEMONOSPERMOS B. Radix fibroſa; calix hemiſphæricus, ſquamoſus; floſculi radii ſæpius ſteriles; floſculi diſci ſtaminibus multis ſæpe inſtructi; ſemina non quidem pappoſa, ſed lanugine copioſa involuta, ut in Anemone.

DORONICUM T. Radix valde intricata, repens; folia alterna; caules minus ramoſi; calix non ſquamoſus, expanſus, usque ad baſin multifidus, pelviformis; floſculi radii in ſummitate trifidi; floſculi diſci utplurimum quinquifidi.

Arnica Rup. huc referatur.

TUSSILAGO T. Radix repentisſima; folia ſubrotunda, ſubtus incana; caules non ramoſi; calix in baſin multifidus; floſculi radium conſtituentes numeroſisſimi; flores folia antevertentes.

CYANUS T. Calix ſquamoſus, capitatus, ſquamis in margine piloſis; floſculi radii ſteriles, majores, ad minimum in ſeptem lacinias diviſi; floſculi diſci quinquifidi.

CARLINA T. Radix fibroſa; facies Cardui; calix ſquamoſus, ſpinoſus, amplus; floſculi radii ut in Xeranthemo ſteriles, plani, rigidi, petalis exacte ſimiles;

miles; flosculi disci utplurimum quinquifidi; semina foliolis imbricatis distincta.

Heracantha Tab. huc referatur.

CLASSIS X.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, REGULARI, COMPOSITO EX IRREGULARIBUS TANTUM.

I. Semine solido.

CATANANCE T. Calix squamosus, squamis papiraceis splendentibus, utplurimum argentei coloris; flosculi marginales mediis majores, radium quasi formantes; semen capitulo foliato instructum, in ipso calice reconditum.

SCOLYMUS T. Habitus Cardui; calix squamosus; semiflosculi foliolis tenuibus distincti, quæ adhærent singula singulis seminibus maturis.

HEDYPNOIS T. *Hieracium falcatum* Raj. Calix striatus, unico foliorum seu palorum vallo constans; semina duplicia, umbilicata in margine, foliolis calicis inclusa; in medio alia, capitulo foliato instructa.

HYOSERIS Tab. & Raj. Folia circa caulem sessilia; caules nudi, ad radicem tenues & solidi, in summitate sensim crassi & fistulosi; calix simplex, in conum contractus, semiflosculi marginales, folia calicis quibus incumbunt vix superantes; semina striata, in disco plano digesta.

RHAGA-

RHAGADIOLUS T. *Hieracium stellatum* Raj. Calix foliolis angustis, canaliculatis, constans, quæ flore delapso, vaginæ membranaceæ, stellatim dispositæ fiunt, singulæ continentes semen unum.

LAMPSANA T. Calix simplex, profunde multifidus, flore delapso semina tenuia, acuta continet.

CICHOREUM T. Flores e lateribus caulis & ramorum orti, in pedunculis brevibus; calix squamosus, per maturitatem instar capsulæ contractus; semina angulata, cuneiformia, umbilicata.

Endivia Raj. quæ foliis brevioribus, minus sectis & radice annua differt, huc referatur.

SCABIOSA T. Calix profunde dissectus, stellatim expansus, serie duplici vel triplici squamarum; flosculi irregulares, exteriores quasi bilabiati majores, medii quadrifidi & quinquifidi, embryoni, calice piloso, foliaceo, stellato vel aculeato, coronato, insidentes.

Succisa Knaut. & Psora Knaut. quæ flosculis quadrifidis potissimum differunt, huc referantur.

LYCHNI-SCABIOSA B. Calix simplex, cylindricus, profunde multifidus; flosculi quinque exteriores quadrifidi, segmento superiore majore, lateralibus minoribus, inferiore minimo; interiores quadrifidi, omnes staminibus quaternis fœti; insistunt illi embryonibus in disco calicis non globoso sitis, qui mutantur in semina oblonga, superius coronata; uti in Scabiosa.

GLOBULARIA T. Calix communis, polyphyllos, continet flosculos unilabiatos, multifidos, calici proprio insidentes; calix ille, placentæ communi affixus, semen unicum continet.

Alypum Nis. ob semina quodammodo papposa, a Globulariis separari posset.

DIPSA-

DIPSACUS T. Radix biennis; folia conjugata, caulem non raro amplectentia, inferiori costæ parte spinosa; caput conicum, oblongum, loco calicis succingitur foliolis oblongis, angustis, spinosis, in aculeum desinentibus; caput illud formatur ex foliolis rigidis, brevibus, excavatis, aculeatis, axi medio lateraliter accretis; ex infima parte folioli embryo oritur, corona foliacea, quadrangula instructus, cui insidet flos tubulosus, quadrifidus, staminibus quatuor eminentibus ornatus; embryo abit in semen tetragonum, striatum.

II. Semine papposo.

SCORZONERA T. Radix carnosa, lactescens; folia alterna; calix oblongus, gracilis, ex squamis grandioribus compositus; semen oblongum, involucro plerumque obductum.

TRAGOPOGON T. Radix & folia Scorzoneræ; calix oblongus, non squamosus, monophyllos, multifidus, cujus segmenta porriguntur extra flores, quos instar stellæ succingunt; flosculi facile convoluti, ad solem explicati; semen in longum mucronem extensum.

HIERACIUM T. Caules ramosi, graciles, habitiores; folia alterna; calix densus, firmus, expansus, semina teretiuscula, angulosa & striata.

Pulmonaria gallorum Raj. huc referatur.

DENS LEONIS T. Caulis non ramosus, nudus, plerumque fistulosus, unum florem in fastigio gerens, raro duos vel tres; reliqua Hieracii.

Taraxacon off. quod calice est barbato, huc referatur.

Pilosella J. B. sive Auricula muris Raj. & ejus diversæ species

ſpecies tum ad Hieracia tum ad Dentes leonis referantur; poſſet tamen flabellis diſtingui.

SONCHUS T. Caules teneri, fiſtuloſi; calix craſſus, delapſis floribus in conum contractus; ſemina vel parva, longa, anguſta, vel majora, ſulcata, vel aſpera quaſi granulata.

ZACINTHA T. Calix ſquamoſus, flore delapſo formam rotulæ aſſumit, ejusque ſingulæ partes capſulæ ſunt, in quibus hærent ſemina pappis inſtructa.

LACTUCA T. Radix plerumque fibroſa; folia alterna, lævia; calix ſquamoſus, oblongus, tenuis; ſemina oblonga, depreſſa, utrinque acuminata.

Chondrilla C. B. quæ & Lactuca perennis dici poſſet, & foliis tenuiſſime laciniatis tantum differt, huc referatur.

CHONDRILLA T. Calix anguſtus, veluti tubulatus & cylindricus, ad baſin usque in plures partes diſſectus; ſemina oblonga, anguſta.

CHONDRILLOIDES Vail. Folia tenuiſſime laciniata; caules valde ramoſi; calix ſquamoſus, fere cylindricus. *An ad Lactucas perennes?*

CLASSIS XI.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, IRREGULARI, SIMPLICI, MONOPETALO.

I. Semine nudo unico.

VALERIANA T. Folia conjugata; caulis floriger, umbelliferarum more diviſus; foliola bina, majoribus & minoribus umbellis ſuppoſita; in quolibet

libet pedunculo iterum foliola bina loco calicis, intra quæ nafcitur embryo, fuftentans florem infundibuliformem, quinquifidum, tribus ftaminibus inftructum, non raro calcari laterali donatum; embryo mutatur in femen variæ formæ, papposum.

Phu Rup. five Valerianoides Knaut. & Vail. quæ folo calcare diftinguitur a reliquis, commode, ob feminis convenientiam, huc referri poteft.

MORINA T. Calix tubulatus, fuperius multifidus, quafi fimbriatus, continet embryonem cui infidet alius calix bifolius, in quo flos tubulofus perfonatus hæret; floris labium fuperius bifidum inferius tripartitum eft, embryo mutatur in femen fubrotundum & angulatum.

VALERIANELLA T. Radix annua, fibrofa; folia conjugata; caules & rami dichotomi, ultimo umbelliferis fimiles; calix monophyllus, exiguus, varie in variis divifus; in cujus centro hæret embryo, fuftinens florem variæ formæ, in nonnullis fatis regularem, quinquifidum; embryo abit in femen variæ formæ.

Cornucopioides Knaut. quæ figura feminis & modo florendi quodammodo differt, huc referatur.

Locufta Riv. ob femina bina a præcedente diftinguitur; licet obfervante Tournefortio unum tantum fit fertile; ideoque commodius huc refertur.

II. Seminibus quaternis nudis.

a. *Galea carent, barba quadripartita.*

CHAMÆPITYS T. Folia angufta, trifida; odor plantæ refinofus; flores, qui loco galeæ denticulos & bar-

barbam quadrifidam habent, in verticillis rarioribus, in singulis foliorum alis, singuli siti sunt; semina oblonga.

BUGULA T. Folia obtusa, crenata; flabella in plurimis speciebus ex radice ortis; calix quinquifidus; flores Chamæpityos similes in spicas densas, crassas dispositi, interpositis foliolis; semina subrotunda.

b. *Galea carent, barba quinquepartita.*

TEUCRIUM Raj. & B. Planta elatior, quasi fruticosa; calix aut tubulatus, aut campaniformis major, semina subrotunda continens; flores bini in qualibet ala foliorum conjugatorum; stamina in loco galeæ erecta; segmentum barbæ medium majus, excavatum.

CHAMÆDRYS Raj. & B. Planta humilior, herbacea; folia utplurimum quercinis similia, parva, crassa; calix tubulatus; flos Teucrii.

IVA Riv. & Dill. Floribus pluribus ad alas foliorum verticillatim positis, & calice inferius productiore differre videtur.

SCORDIUM Raj. & B. Calix & flos Chamædryos, ex qualibet ala foliorum plerumque unus; odor Allii.

SCORODONIA Raj. & Riv. Calix & flos Scordii; folia inferiora Salviæ maxime diversa a superioribus, minoribus.

MARUM B. *Pseudomarum* Riv. Habitus fruticosus; folia Serpilli, lanceolata; flos Scordii; odor acer, volatilis.

Hæc quatuor ultima genera Tournefortius satis commode ad Chamædryn refert.

POLIUM T. Folia plerumque incana; flores Chamædryos,

mædryos, in capitula, faſtigio caulis & ramorum innata, collecti.

Ajuga Riv. huc referatur.

c. *Galea integra, barba bipartita.*

LAMIUM T. *Galeopſis* Riv. Calix quinquifidus, inſtar tubi oblongus; galea cava; barba bifida, cordiformis, annexis ſuperius duabus alis minutis; *quare quadrifida Riv. dicitur;* ſemina triangularia.

d. *Galea integra, barba tripartita.*

LEONURUS T. Calix longus, tubulatus, ſuperius dentatus; galea imbricata, multo longior barba; flores in verticillos denſiſſimos digeſti; ſemina oblonga.

CARDIACA T. Calix brevis, quinquifidus, leviter aculeatus; galea imbricata, longior; flores in verticillos denſos digeſti; ſemina angulata, totum calicem occupantia.

MELISSOPHYLLUM Riv. *Meliſſa* B. V. Flores ex ſingulis foliorum alis terni, quaterni, omnes antrorſum flexi; ſemina ſubrotunda.

LYCOPUS T. *Pſeudomarubium* Riv. *Marubium aquaticum* Raj. Calix brevis, in ſex ſegmenta acuta diviſus; flos fere regularis, campaniformis, quadrifidus, ſegmentis rotundis, in verticillis denſioribus, longius diſtantibus; ſemina ſubrotunda.

PULEGIUM Raj. Verticilli denſiſſimi & rotundiores; minus diſtantes; odor ſuavis, balſamicus; reliqua ut in præcedente.

MARUBIASTRUM T. Caliculi quinque, exiguis ſpinoſis appendiculis ornati; flos quadrifidus, in verticillos denſos collectus.

DRA-

DRACOCEPHALON T. Calix longus, tubulosus, superius leviter quinquifidus; flos gulosus, superius amplus, inferius tubulosus, angustior; verticilli rariores, ad nodos caulium, binos, ternosque flores complexi.

STACHYS T. Folia, caules & rami villosi utplurimum & incani; flores primo in verticillos densos, deinde versus cacumen in spicas congesti; galea fornicata, erecta, non raro parum bifida; semina subrotunda.

BRUNELLA T. *Prunella* Raj. Calix bilabiatus, superiori segmento trifidò, erecto, inferiori bifido, spinulis armato; flores in spicam densam, squamatam, & breviorem, & longiorem collecti, cum foliolis interjectis; galea cava, segmento barbæ medio, pendulo, subinde diviso, lateralibus reflexis; semina subrotunda.

PHLOMIS T. Radix perennis; calix pentagonus, tubiformis, superius leviter quinquifidus; galea magna, cava, falcata, barbæ arcte incumbens; semina oblonga.

SALVIA T. Odor plantæ validus & vehemens; folia rugosa; calix quinquifidus, tubulosus; flores magni, hiantes, in spicis laxis, e verticillis aliquantum distantibus compositis; stamina suo inflexu fabricam ossis hyoidis referunt; semina subrotunda.

GALEOPSIS T. Folia ad Vrticam non nihil accedentia; calix quinquifidus, infundibuliformis, interdum aculeatus; galea cava; verticilli modo laxiores, modo in spicas redacti.

Cannabis spuria Riv. & Raj. sive Cannabina B. sive Cannabinastrum Heist. Calice aculeato & spicis habitioribus differ-

differre videtur; commode tamen a Tournefortio ad Galeopſides refertur.

Lamium Riv. ſive Galeobdolon Dill. commode etiam huc refertur.

Ladanum Riv. Tetrahit Dill. hic addatur.

SIDERITIS T. Calix quinquifidus; galea ſurrecta, non raro bifida; barba plerumque trifida, longa, pendula; flores verticillati, in alis foliorum plerumque inſtar criſtæ inciſorum.

SCLAREA T. Foliola verticillis ſubjecta, diverſæ formæ a cæteris; folia inferiora rugoſa, texturæ rarioris; calix tubuloſus, quinquifidus, quaſi bilabiatus; galea falcata, longa, adunca; flores in verticillis quaſi ſpicatim diſpoſiti, utplurimum ſeni; ſemina ſubrotunda.

HORMINUM T. Galea cava, nec falcata, nec adunca, ſed brevi, a Sclarea differt.

Gallitrichum Riv. huc referatur.

e. *Galea integra, barba quadripartita.*

ORIGANUM SPURIUM Riv. *Clinopodium* B. V. Flores longi, fiſtuloſi, in capitula collecti; *an ad Clinopodium?*

MOLUCCA T. Calix expanſus, amplus, campaniformis, patulus, acetabulo æmulus; flos ratione calicis exiguus, in eodem latet; ſemina anguloſa, vix tecta.

BALLOTE T. *Marubiaſtrum* Riv. Radix perennis; calix tubulatus, pentagonus, quinquifidus; flores multi, in uno communi pedunculo collecti, qui progreditur ex alis foliorum, & in unum latus vergit; ſemina oblonga.

CASSIDA T. *Scutellaria* Riv. Calix brevis, profunde

de bifidus, ſuperiori ſegmento adhæret auricula, quæ flore delapſo operculum fit, fructum quaſi unicapſularem caſſidi ſimilem formans, in quo ſemina oblonga continentur; flos tubuloſus, longior; galea integra, binis auriculis eſt inſtructa, barba bifida, vel ſi mavis quadripartita.

f. *Galea diviſa, barba tripartita.*

ECHIUM T. Folia aſpera, alterna; calix amplus, in quinque longa, gracilia, ſegmenta diviſus; flos ima parte infundibuliformis, ſuperius expanſus, quaſi galeatus & barbatus; ſemina aſpera, viperino capiti ſimilia.

MASTICHINA B. *Marum* Riv. Folia Serpilli foliis majora; caules ſurrecti, fruticoſi; calix longus, anguſtus, tubuloſus, in quinque longas, ſubtiliſſimas, lanuginoſas lacinias diviſus; verticilli denſiores; floſculi compacti, in capitula oblonga, lanuginoſa, candida.

ROSMARINUS T. Radix perennis; caules duri, fruteſcentes; folia anguſta, oblonga, graveolentia, inferius cinerea, ſuperius obſcure viridia; caliculi ex viridi caneſcentes, bidentati vel tridentati; galea retrorſum flexa, quaſi cornuta, bifida, barbæ ſegmento medio excavato, nonnunquam leviter inciſo; ſemina ſubrotunda.

MARUBIUM T. Folia rugoſa; calix tubulatus, ſuperius ſegmentis quinque ad duodecim aculeatis ornatus; verticilli denſiores; ſemina oblonga.

Alyſſum Galeni quod Rivinus diſtinguit, huc referatur eſtque B. V.

THYMUS T. Folia brevia, anguſta, rigida; caules lignoſi, parvi, erecti; floſculi in capitula collecti, ver-

verticillo inferiore remotius a capitulo hærente.

SERPILLUM T. Folia Thymi latiora; caules procumbentes, minus lignosi & duri; reliqua Thymi.

THYMBRA T. A Thymo, floribus non in capitula, sed in verticillos, per intervalla natos, digestis, differt.

SATUREJA T. Folia oblonga, angusta; caliculi parvi, acuti, ex uno pedunculo plures, pedunculus utrinque unus; flores igitur in uno pedunculo sunt sparsi, non in pedunculis ramosis ut Calamintha; non congesti in capita ut Thymus; non verticillati ut Thymbra.

CALAMINTHA T. Calix oblongus, tubulosus, superius quinquifidus quasi bilabiatus; flores in pedunculis ramosis, oblongis siti, qui ex alis foliorum nascuntur; semina subrotunda.

CLINOPODIUM T. Calix longus, tubulosus, quinquifidus, hirsutus; flores in verticillis densis cauli arctissime circumpositis, superiori verticillo non raro capitulum formante; semina oblonga.

ACINOS Raj. Folia Ocymi minoris; calix oblongus, striatus, collo angusto, ventre turgidiore; flos ex alis foliorum, in verticillos non ita densos, collectus.

MELISSA T. Calix tubulosus, quinquifidus, quasi bilabiatus; flores in uno pedunculo, ex cujusque folii sinu egresso, utplurimum terni, pedunculis in unum latus reflexis, ut semiverticillata appareat planta.

MENTHA T. Radix reptatrix; calix brevis, dentatus; flos quadrifidus, segmento, quod galeam refert, utcunque bifido; verticilli densi; odor plantæ aromaticus.

Men-

Menthastrum Riv. huc commode refertur.

CATARIA T. *Nepeta* Riv. Calix tubulosus, quinquifidus, quasi bilabiatus; pedunculus utrinque unus; ramosus, multos flores sustinens; segmento barbæ medio excavato, amplo, & eleganter crenato.

LAVANDULA T. Calix brevis, tubulosus, dentatus; verticilli densius congesti in spicas tenues, graciles, ad fastigia caulium & ramorum; odor suavis.

STOECHAS T. Spicæ florum crassæ, squamatæ, foliolis coloratis coronatæ; reliqua Lavandulæ; semina subrotunda.

VERBENA T. Calix brevis, dentatus; flos quinquifidus, segmentis non adeo inæqualibus; semina totum pericarpium implentia; flores spicatim, non verticillatim, quandoque in capitulum, dispositi sunt.

MAJORANA T. Calix brevis, dentatus; flos quinquifidus; flores congeruntur in capitula densa, brevia, conflata ex ordine quaterno foliolorum squamatim sibi mutuo incumbentium.

ORIGANUM T. Flores in capitula laxiora, spicis similia, congeruntur; eoque ipso a Majorana differt.

DICTAMNUS Raj. Calix triplex, bifolius, unus alteri decussatim impositus, ita ut fiat squamosum capitulum, ex cujus medio oritur flos; flosculi duo, utrinque unus, exeunt e squamis illis foliosis, simul cum verticillis in longas laxas spicas digesti.

CHAMÆCLEMA B. *Chamæcissus* Rup. *Hedera terrestris* Riv. & off. Radix repentissima; caules in flagella distributi; folia subrotunda & crenata; calix quinquifidus quasi bilabiatus; segmento medio barbæ floris quodammodo bifido; flores utrinque

 ad

ad alas foliorum in pedunculis coacti & conferti naſcuntur.

g. *Galea diviſa, barba quadripartita.*

Betonica T. Folia crenata, rugoſa, viridia; flores primo in verticillos, deinde ad ſuperiora in ſpicas habitiores digeſti; galea erecta, imbricata, utplurimum bifida.

Hyssopus T. Folia oblonga, anguſta; calix tubuloſus, quinquifidus; ſegmentum floris medium bifidum, & quaſi alatum, in medio excavatum eſt; verticilli denſi, longe primo diſtantes, deinde in ſpicam congeſti, unam modo partem caulis occupant; ſemina oblonga.

Moldavica T. Folia longa, anguſta, plerumque crenata; calix tubuloſus, ſectus in duo labia inæqualia, per maturitatem connivens; galea floris ſurſum reflexa; barba plerumque quadripartita; ſemina oblonga.

Cedronella Riv. quæ odore ſingulari, & Volcammeria Heiſt. quæ foliis ternis differunt, huc referantur.

Ruyschiana B. ſive *Pſeudochamæpitys* Riv. Radix perennis; folia Roſmarini tenuiora quoad craſſitiem; galea raro trifida; ſegmento barbæ medio diviſo & in ſpiram convoluto; flores ſpecioſi, ſeni, utplurimum in verticillis primo rarioribus, deinde denſioribus, ſpicam formantibus.

Pseudodictamnus T. Radix perennis; calix orbicularis, patens, acetabuli forma; galea fornicata, barba interdum tripartita; verticilli denſe congeſti, apicibus aculeatis; ſemina oblonga.

h. *Galea quadripartita, barba integra.*

Ocymum T. *Baſilicum* Raj. Odor plantæ ſuavis; radix

dix utplurimum annua; calix bilabiatus, labio ſuperiore ſurrecto, bifido, inferiore quadrifido; galea ſurrecta, ſubrotunda, quadrifida; barba integra, nonnihil criſpa; flores in ſpicas laxas, e verticillis rarioribus compoſitas, digeſti; ſemina oblonga.

III. Seminibus tectis capſula ſimplici.

LENTIBULARIA Riv. *Millefolium paluſtre galericulatum* Raj. Radix fundum petens, fibroſa; folia tenuiſſima, aquis innatantia, veſiculis quaſi lenticulis ornata; calix bifolius; flos perſonatus, in duo ſegmenta diviſus, quorum ſuperius galeam, inferius labelli lati figuram habet; eminente in medio palato cordiformi, non diviſo; fructus ſubrotundus, ſemina multa exigua continet.

PHELYPÆA T. Calix tubulatus, bifidus; flos perſonatus, labio ſuperiori bifido, inferiori tripartito; piſtillum abit in fructum ſubrotundum, bifariam dehiſcentem, ſeminibus exiguis fœtum.

SQUAMARIA Riv. *Dentaria aphyllos* Raj. Radix ſquamoſa; calix quadrifidus; flos galea integra, barba trifida; flores & capſulæ ſeminales ſeminibus ſubrotundis fœtæ, antrorſum ſpectantes.

Anblatum T. quod barba integra depingitur, fortaſſis huc referri poſſet.

CLANDESTINA T. Calix tubulatus, quadrifidus; flos tubuloſus, perſonatus; galea fornicata; barba tripartita; fructus oblongus, ſemina ſubrotunda continens.

CORIS T. Calix tubuloſus, multifidus; flos perſonatus, inferius tubuloſus, ſuperius flabelliformis; fructus ſubrotundus, in plures partes dehiſcens, ſeminibus ſubrotundis fœtus. ORO-

OROBANCHE T. Radix ſquamoſa; habitus aphyllos; calix quadrifidus vel quinquifidus; flos in ſpicas digeſtus, galea cava, barba trifida; fructus, per maturitatem in duas valvas dehiſcens, tenuiſſima ſemina continet.

PINGVICULA T. Folia humi ſtrata, pallida, humore pingui madentia; cauliculus nudus, florem unicum, quinquifidum, in ſummitate ſuſtentans, in calice quinquifido locatum & calcari donatum; fructus eſt bivalvis; ſemina minutiſſima.

IV. Seminibus tectis capſula bipartita.

MELAMPYRUM T. Folia conjugata; flos perſonatus, galea cava, barba integra; fructus rotundus, bifariam dehiſcens; ſemina Tritici inſtar formata; flores in verticillis rarioribus, & ſuperius in ſpica coma coronata poſiti.

ANTIRRHINUM T. Folia alterna; calix pentaphylloides, brevis; flos calcari deſtitutus, perſonatus, galea bifida, barba tripartita, rictu labiato clauſus; fructus oblongus, vituli caput & nares referens; e tribus foraminibus in ſummitate ſemina fundens; flores in ſpicis.

LINARIA T. Folia alterna vel terna ſimul; calix pentaphylloides; flos calcar inferius emittens, de reliquo cum Antirrhino convenit; fructus rotundus, vario modo ſe aperiens; ſemina vel compreſſa marginata, vel angulata ſubrotunda; flores vel ad alas foliorum vel in ſpicis.

Elatine Riv. & Cymbalaria Riv. huc referantur.

ASARINA T. Folia Hederæ terreſtris mollia, hirſuta; flos Antirrhini; fructus Linariæ.

AGERATUM T. Folia confertim aggeſta; calix quinquifidus; flos tubulatus & perſonatus, labio ſuperiori

riori bifido, inferiori tripartito; fructus oblongus, semina tenuissima condens.

ACANTHUS T. Radix vivax; folia habitusque Cardui, spinis interdum caret, calix exterior trifoliatus, binis lateralibus angustis, medio magno, cavo, propendente & quasi laciniato; calix alter interior bifolius; galea cava longiore, barba breviore; flos est annulus, emittens labium inferius, amplum, trifidum, staminibus loco galeæ, quæ deest, positis; fructus forma glandis calice occultatus, semina bina gibba continet, in quolibet loculo unum.

EUPHRASIA T. Folia parva, conjugata, subrotunda, serrata; calix tubulatus, utplurimum quadrifidus; flos personatus, galea multifida surrecta; barba in tres partes, singulas denuo bifidas, secta; fructus oblongus.

ODONTITES Riv. *Cratæogonon* Raj. Calix quadrifidus; galea integra, imbricata; barba tripartita ab Euphrasia differt.

ADHATODA T. *Ecbolium* Riv. Folia conjugata; calix monophyllos, oblongus; galea vel adunca, vel versus posteriora reflexa; barba tripartita; fructus clavæ æmulus; semina compressa, cordis figuram referentia, continet.

PEDICULARIS T. Folia conjugata, crenata; calix monophyllus, vesicarius, quadrifidus vel multifidus; galea integra, barba tripartita; fructus bifariam dehiscens, vel compressior, vel aduncus; semina oblonga, vel compressa.

Crista galli Riv. huc referatur.

CHELONE T. Calix squamosus, brevis, viridis; galea testudinis testam refert, bifido apice, barba trifida; fructus oblongus, rotundulus, continens semina parva, fimbria foliacea marginata. SCRO-

SCROPHULARIA T. Calix pentaphylloides; flos utrinque patens, plerumque globoſus, vel urceum referens, galea diviſa, barba tripartita; fructus rotundus, acuminatus, bifariam dehiſcens, ſemina exigua continens.

DODARTIA T. Calix monophyllus, quinquifidus, brevis; flos tubuloſus, galea bifida cornuta, barba tripartita; flores ſingulares, non verticillati; fructus globoſus, ſeminibus exiguis fœtus.

ELEPHAS T. Calix trifidus; flos perſonatus, galea proboſcidem elephantinam referente, barba lata, varie diviſa; fructus ſubrotundus; ſemina oblonga.

BIGNONIA T. *Gelſeminum* Riv. Calix monophyllus, brevis, craſſus, quinquifidus; flos tubulatus, utrinque patens, quinquifidus; fructus eſt ſiliqua, ſemina longa, compreſſa, alata, continens.

DIGITALIS T. Folia alterna; calix monophyllus, utplurimum quadrifidus; flos tubulatus, utrinque patens, compreſſus, rictu ovali, limbo reflexo; in quibusdam galea quaſi bifida, barba tripartita eſt; flores utplurimum in ſpicis uno verſu diſpoſiti; fructus ſubrotundus, acuminatus, ſemina exigua continet.

GRATIOLA Raj. Foliis conjugatis; floribus ex foliorum alis, tubuloſis, ſtriatis, a præcedente differre videtur.

HYOSCYAMUS T. Folia alterna, mollia, pinguia; calix campaniformis, amplus, quinquifidus; flos tubuloſus, ſuperius expanſus, in quinque ſegmenta obtuſa; fructus in calice reconditus, inſtar ollæ, operculo horizontaliter diſſiliente, tectus; ſemina plurima, exigua, non nihil reniformia.

VERBASCUM T. Folia alterna; calix monophyllos, quin-

quinquifidus, ſtellatus; flos rotatus, pentapetaloides, in ſpicis breviori pedunculo cauli adnatus; fructus oblongus, acuminatus, ſemina exigua continet.

BLATTARIA T. Fructu rotundiore a Verbaſco potiſſimum differt.

VERONICA T. Calix tetraphylloides, ſtellatus & quadrangulus; flos rotatus, parum tubulatus, quadrifidus, raro quinquifidus; fructus variæ formæ, utplurimum compreſſus, cordiformis; flores vel in ſpicis, vel ad alas foliorum.

Beccabunga Rup. quæ floribus ad alas foliorum, pluribus longis pedunculis inſidentibus; Veronicella Heiſt. quæ floribus ſingulis ex foliorum alis prodeuntibus; Morſus gallinæ minor Raj. ſive Veronicachia Heiſt. quæ fructu globoſo quaſi teſticulato, differunt, commode huc referri poſſunt.

VERONICASTRUM Heiſt. Floribus tubuloſis, quadrifidis, non expanſis, & capſulis teretibus a Veronica differt.

V. Seminibus tectis capſula tripartita.

RAPUNTIUM T. *Cardinalis* Riv. *Rapunculus galeatus* Raj. Calix ovarium arcte ambiens, ſuperius quinquifidus; flos vel tubuloſus, vel ſemitubuloſus, ſuperius in partes linguæformes diſſectus; fructus, utplurimum trigonus, ſemina exigua continet.

RAPUNCULUS T. Calix ovarium arcte ambiens, dentatus; inſidet illi flos, primo corniculatus, tandem inferiori parte verſus ſuperiora dehiſcens, in quinque ſegmenta; fructus, utplurimum trigonus, ſemina continet exigua; flores in ſpicas vel in capitula denſe collecti.

GLADIO-

GLADIOLUS T. Radix comoſa, duplici tubere conſtans, altero alteri ſuperincumbente; folia gladii laminam referunt; calix bifolius, ovarium & impoſitum floris tubum ſuſtinet; flos tubuloſus, ſuperius quaſi bilabiatus, galea ſimplici, barba quinquifida; fructus oblongus, ſemina ſubrotunda, calyptra involuta, continet.

CANNACORUS T. *Canna indica* Riv. Radix tuberoſa, nodoſa; folia longa, nervoſa; ovario inſidet calix trifolius, oblongus, quo continetur flos in ſex ſegmenta irregularia ſciſſus; fructus ſubrotundus, quodammodo trigonus, echinatus, ſemina ſphærica continens.

TITHYMALOIDES T. Omnia Tithymali; flos forma calcei anomalos.

VI. Seminibus tectis capſula quadripartita.

SESAMUM Riv. Flore ad Digitalem accedente; fructu oblongo, quadrifido, ab illa differt; ſemina ſubrotunda, compreſſa.

VITEX T. Folia digitata, Cannabis æmula; calix brevis, dentatus; flores tubuloſi, ſuperius quaſi bilabiati, in ſpicas digeſti; fructus durus, globoſus, quatuor ſemina oblonga in totidem loculis continet.

VII. Seminibus tectis capſula ſexpartita.

ARISTOLOCHIA T. Folia alterna; flos apici ovarii innatus, nudus, tubuloſus, ſuperius in ſpeciem linguæ cavæ nutantis formatus; ſtamina duodecim; fructus ovatus, ſemina continens compreſſa, ſibi incumbentia.

VIII. Seminibus tectis bacca.

CAMARA Plum. & Dill. *Pſeudo-Viburnum* Riv. Flores tubulati, in capitula umbellata collecti; fructus eſt bacca monopyrena.

CAPRIFOLIUM T. Planta ſcandens; pedunculus, folium vel rotundum perforat, vel folia bina conjugata habet; circa pedunculum ad folium poſiti ſunt embryones coronati & dentati, quibus inſiſtit flos tubuloſus, ſuperius bilabiatus, labio ſuperiori utplurimum quadrifido, inferiori ſimplici; fructus eſt bacca mollis, ſemine compreſſo & ſubrotundo fœta.

PERICLYMENUM T. Flos ſuperius ſegmentis quinque fere æqualibus diviſus; reliqua Caprifolii.

CHAMÆCERASUS T. Planta fruticoſa, non ſcandens; flos Caprifolii ſed minor, utplurimum duplex in uno pedunculo, duplici etiam embryoni ſuperius coronato inſiſtens; fructus Caprifolii.

XYLOSTEUM T. Habitus Chamæceraſi; flos Periclymeni ſed minor; fructus ut in præcedentibus.

ARUM Raj. Radix tuberoſa, craſſa, farinoſa; folia aurita & ſagittata; pedunculus in poſtremo foliorum adnatus; flos amplus, in auris ovillæ figuram extenſus; in medio eſt piſtillum, inferius multis embryonibus, poſtmodum ſtaminibus maſculinis cinctum, & tandem in clavam terminatum; fructus eſt bacca globoſa, uno vel altero ſemine ſubrotundo fœta.

COLOCASIA Raj. Folia lævia, pedunculo in umbilicum inſerto; reliqua Ari.

ARIOIDES B. Folia integra, Cannacori, vel grami-

nea; radix craſſa, ſed longa, vix tuberoſa; reliqua Ari.

DRACUNCULUS B. *Dracontium* Raj. Folia in magnas & profundas lacinias diviſa; reliqua Ari.

ARISARUM T. Flos tubiformis, ſuperius cucullatus; reliqua Ari.

CLASSIS XII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, IRREGULARI, DIPETALO.

COMMELINA Plum. & B. Folia alterna, caulem amplexa; finis pedunculi dat foliolum cymbam referentem, ex quo emergit pedunculus floriger, ramoſus; in quolibet ramo calix quadrifolius, tenerrimus; ex ſuperiori parte placentæ, cui ovarium inſiſtit, duo oriuntur petala & tria ſtamina, inferius vero adhuc tria alia ſtamina; fructus fit membranaceus, bilocularis, vel trilocularis; ſemen unicum, oblongum, in quolibet loculo.

CAPNORCHIS B. Habitus Fumariæ; radix tuberoſa, aliquando ſquamoſa, quandoque gemello quaſi bulbo ornata; flos plane anomalos, dipetalos, bicaudatus, pendulus, ſiliculam Burſæ paſtoris referens, niveus; ſilicula Fumariæ.

MUSA Plum. & B. Caudex arundinaceus, non ramoſus, in folia ingentia explicatus, quæ primo ut in Cannacoro convoluta ſunt, dein explicantur in orbem circa faſtigium caudicis; vagina, ex foliis ſquamoſis deciduis compoſita, ex foliorum commiſſuris prorumpens, exhibet flores & fructus in

ſpa-

ſpatha racematim diſpoſitos; flores ſuperiores hermaphroditi maſculini, perianthio utplurimum carentes, ovario abortivo inſiſtunt, petala duo, raro tria; ſtamina cum antheris quatuor aut ſex, & in medio piſtillum oſtendunt; flores inferiores hermaphroditi fœminini, petala ut in præcedentibus, ſtamina vero antheris carentia, oſtendunt; ovaria quibus hi poſteriores inſiſtunt mutantur in fructus molles, Cucumeri ſimiles, citrinos, triloculares, ſeminibus minutiſſimis vix conſpicuis fœtos.

CLASSIS XIII.

PLANTA FLORE PERFECTO, SIMPLICI, IRREGULARI, TRIPETALO.

POLYGALA T. Folia alterna; calix trifidus, ſegmentis minoribus acutis; flos ex duabus alis conſtat quæ tertium petalum continent, quod tuboloſum, perſonatum eſt, galea bifida, barba fimbriata; ſtamina octo; flores in ſpicis diſpoſiti; petalo medio delapſo, alae duæ laterales utrinque tegunt fructum compreſſum, & bifariam dehiſcentem.

Alii floribus monopetalis irregularibus annumerant, binis alis ad calicem relatis, quæ tamen colore florali gaudent.

Chamæbuxus T. ſive Anonymus Rup. ſive Polygaloides Dill. commode huc referri poteſt.

CLASSIS XIV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, IRREGULARI, TETRAPETALO.

I. Seminibus tectis capſula ſimplici.

a. *Flore papilionaceo.*

Flos papilionaceus gaudet calice membranaceo, tubuloſo, monophyllo, multifido; petalis quatuor, quorum ſuperius vexillum, inferius carina, lateralia alæ, appellantur; placentæ in medio calice ſito inſiſtit ovarium, quod utplurimum octo ſtaminibus cingitur & marcido flore mutatur, in ſiliquam vel ſiliculam, vel ſimplici, vel duplici loculo, præditam.

ONOBRYCHIS T. Folia conjugata, coſtæ annexa, extremo impari; flores denſe ſpicati; ſiliqua criſtata, vel echinata, brevis, ſemine reniformi fœta.

BARBA JOVIS T. Folia conjugata, impari extremo; ſiliqua brevis, ovata, ſemine ſubrotundo fœta.

DORYCNIUM T. Folia in quinque vel plura ſegmenta ad pedunculum usque ita ſecta, ut quinquefolia vel polyphylla appareat plata; ſiliqua brevis monoſpermos.

SPARTIUM T. Folia ſingularia; ſiliqua brevis, rotunda, turgidula, ſemine reniformi fœta.

MELILOTUS T. Planta trifoliata; flos ſpicatim poſitus; fructus eſt ſiliqua in calice non recondita, uno vel altero ſemine rotundo fœta.

Meli-

Melilotoides Heist. Melilotus B. VIII. ob fructum planum orbiculatum differre videtur.

TRIFOLIUM T. Planta trifoliata, rariſſime quadrifolia; flos vel papilionaceus, vel papilionaceo æmulus, ſimul cum ovario vagina fimbriata involutus; ſilicula in calice recondita, ſemine uno vel altero reniformi fœta, variæ eſt formæ; flores in capitulum vel in ſpicam denſam collecti.

Lupulinum Riv. flosculis non deciduis; Lagopus Riv. perianthio villoſo; Trifolioides Knaut. flore tubuloſo quaſi monopetalo; Triphylloides Knaut. capſulis curtis polyſpermis; Aſphaltion Knaut. ſiliculis extra calicem eminentibus; Triphyllum veſicarium Knaut. perianthiis in veſiculas turgidas intumeſcentibus differunt; commode tamen huc referri poſſent.

VULNERARIA T. *Anthyllis* Riv. Folia conjugatis ſimilia, extremo impari; calix tubulatus, turgidulus; ſiliqua brevis, ſemine ſubrotundo fœta, in calice recondita.

CICER T. Folia circa marginem denticulata, conjugata, extremo impari; flos ex alis foliorum ortus; ſiliqua brevis inſtar veſicæ inflata, ſeminibus magnis caput arietinum referentibus fœta.

COLUTEA T. Folia conjugata, extremo impari; flores in ſpicas collecti, ſiliqua membranacea inſtar veſicæ inflata.

CROTOLARIA T. Foliis ſingularibus ab Anonide, ſiliqua turgida a Geniſta differt.

FABA T. Caules anguloſi, firmi; folia conjugatim coſtæ in apicem abeunti adnata; flores longiores, ad alas foliorum, erecti; ſiliquæ erectæ, longæ, fungoſæ; ſemina compreſſa, reniformia, oblonga continentia.

Lupinus T. Planta erecta; folia flabelliformia vel digitata; flores in ſpica verticillata diſpoſiti; ſiliquæ erectæ, plerumque compreſſæ & hirſutæ, ſeminibus planis vel ſphæricis fœtæ.

Phaseolus T. Folia terna; habitus plantæ volubilis & ſcandens; ſiliqua longior ſemine reniformi vel ovato fœta.

Ternatea T. Folia pinnata, extremo impari; flos vexillo majori carinam & alas occultante præditus; ſiliqua ſeminibus globoſis fœta.

Corallodendrum T. Planta arboreſcens; trifolia; flos, vexillo longiſſimo enſiformi, alis & carina breviſſimis, præditus; ſiliqua nodoſa, ſeminibus reniformibus fœta.

Lens T. Folia pinnata, coſta in viticulum deſinente; ſiliqua brevis, ſeminibus orbiculatis, utrinque convexis, fœta.

Pisum T. Caulis inferius fiſtuloſus; folia pinnata, pinnis ad caulem ampliſſimis, coſta in claviculas deſinente; ſiliqua longa, inflata, ſeminibus ſubrotundis fœta.

Lathyrus T. Caulis compreſſus & anguloſus, coſta elata, margine folioſo; folia ad nervum in viticulum abeuntem bina, conjugata; ſiliqua vel teres, vel compreſſa; ſemen vel cylindraceum, vel anguloſum.

Clymenum T. Foliis pluribus uni coſtæ adnatis a Lathyro differt.

Ochrus T. Foliis, modo ſimplicibus, modo articulatis, in claviculas abeuntibus, a Lathyro differt; ſiliquæ teretes, vel compreſſæ, ſeminibus rotundis fœtæ.

Aphaca T. Folia bina, ex nodis caulium, quaſi triangu-

angula; claviculis ex alis prodeuntibus; siliqua seminibus subrotundis fœta.

NISSOLIA T. *Catanance leguminosa* Raj. Foliis singularibus, claviculis carentibus, a Lathyro differt.

VICIA T. Folia multa, pinnata, fere conjugata, ad costam in claviculas abeuntem; siliqua seminibus subrotundis aut angulatis fœta; flores ex caule statim prodeuntes, ad alas foliorum.

CRACCA Riv. *Aracus* Raj. Floribus magis confertim vel spicatim in pedunculo longiore sitis a Vicia differt.

OROBUS T. Folia conjugata, costæ in mucronem abeunti adnata; flores in spicis, ex alis foliorum; siliqua teres, seminibus fere ovatis fœta.

Oroboides Knaut. siliquis erectis differt, sed commode huc refertur.

ERVUM T. Folia conjugata, costæ in mucronem abeunt. adnata; siliqua nodosa, undulata, seminibus globosis fœta.

ASTRAGALOIDES T. Folia pinnata, in impar desinentia; flores in spicis dispositi; siliqua cymbæ instar formata, semina reniformia continens.

PSEUDO-ACACIA T. Folia pinnata, in impar desinentia; siliquæ planæ, semine reniformi fœtæ; planta arborea.

GLYCYRRHIZA T. Folia conjugata, in impar desinentia; siliquæ planæ, semine reniformi fœtæ; planta fruticosa.

Pseudoglycyrrhiza Riv. siliquis brevibus echinatis a Glycyrrhiza differt.

GENISTA T. Rami obsequiosi, juncei; folia singu-

 laria,

laria, alterna vel verticillata; siliquæ planæ, seminibus reniformibus fœtæ.

Genistam tinctoriam B. *sive Genistellam non spinosam Riv. huc refer.*

GENISTA-SPARTIUM T. Siliqua Genistæ vel Spartii; planta aculeata, foliis singularibus magis vel minus interpositis.

Nepa Raj. aculeis densissimis, foliis post exortum brevi deciduis, & Erinacea Raj. spinis situ suo spinas Erinacei imitantibus, differunt, commode vero huc referuntur.

Genistella spinosa Riv. etiam huc pertinet.

GENISTELLA T. & B. Foliorum partes articulatione sibi mutuo innatæ; reliqua Genistæ.

ANONIS T. Folia terna, interdum circa summitatem ramorum singularia, marginibus dentatis; siliquæ habitiores, turgidiores, seminibus reniformibus fœtæ.

Natrix Riv. huc referatur.

CYTISUS T. Folia terna; siliqua plana, seminibus planis, compressis, fœta.

Laburnum Riv. & Raj. quod siliquis in anteriore parte latioribus, circa petiolos autem angustioribus differt, huc referatur.

CYTISO-GENISTA T. Ramos flexuosos; folia partim terna, partim singularia habet; de reliquo vel cum Genista, vel cum Cytiso convenit.

ALHAGI T. Folia Polygoni, sparsa, alterna; siliqua articulata, seminibus reniformibus fœta.

GALEGA T. Radix perennis; folia pinnata, in impar desinentia; flores in spicis dispositi, penduli; siliquæ erectæ, tenues, teretes, seminibus oblongis fœtæ.

LOTUS T. Folia terna ad exortum pedunculi, binis alis

alis aut foliolis ſtipata; ſiliquæ variæ formæ, ſeminibus utplurimum ſubrotundis fœtæ.

Tetragonolobus Riv. *Floribus ex ſingulis foliorum alis ſingulis, ſiliquis quadrangulis, membranulis anguſtis, ſecundum longitudinem donatis, differt, ſed commode huc refertur.*

FOENUGRÆCUM T. Folia terna; ſiliquæ planæ, corniformes; ſemina anguloſa, ad reniformia accedentia, continentes.

Buceras Knaut. *ſiliquis erectis ſingularibus; ſeminibus ſeſamaceis differt, ſed commode huc refertur.*

SECURIDACA T. Folia pinnata, extremo impari; pedunculi ex alis foliorum orti, flores radiatim diſpoſitos ſuſtentantes; ſiliqua recta, plana, articuloſa, in ſingulis articulis ſemine rhomboideo introrſum emarginato fœta.

MEDICA T. Folia terna; flos vel unicus, vel duplex, vel multiplex, in pedunculo ex alis foliorum orto; differt ratione fructus.

Falcata Riv. Siliqua inſtar cornu arietini intorta.

Medicago T. Fructu plano, orbiculato, quaſi falcato.

Cochleata Riv. Siliqua plana, diverſis gyris involuta, inſtar cochleæ, glabræ.

Echinata Riv. Fructu ejusdem figuræ, ſed in exteriore parte ſpinulis obſito.

In omnibus hiſce ſemina reniformia deprehenduntur.

SCORPIOIDES T. Folia utplurimum integra, Bupleuri; ſiliquæ articulatæ, vel rugoſæ, vel hiſpidæ, erucam in ſe convolutam referentes, ſingulis articulis ſemine ovato fœtæ.

Campoides Riv. *ſiliqua craſſiore rugoſa eſt, & commode huc refertur.*

Ornithopodioides Heiſt. *ratione foliorum ab Ornithopodio dif-*

differt, ad quod refert Boerhaavius, commode vero cum Rivino huc referri posse judicamus.

CORONILLA T. Folia pinnata, extremo impari; pedunculi ex alis foliorum orti, sustinent flores plerumque in capitulum collectos; siliquæ articulatæ, seminibus oblongis fœtæ.

EMERUS T. Non nisi seminibus cylindraceis & siliqua tenuiore differre videtur.

ORNITHOPODIUM T. Folia pinnata, extremo impari; siliquæ articulatæ, falcatæ, multæ, ad eundem exortum, speciem pedis aviculæ formant; semen in quolibet articulo rotundum.

FERRUM EQUINUM T. Folia pinnata, in impar desinentia; siliquæ vel articulatæ, articulationibus ferro equino similibus, vel non articulatæ, undulatæ; semina lunata.

HEDYSARUM T. Folia utplurimum pinnata, impari extremo, interdum terna; flores in spicam vel capitulum collecti; siliquæ articulosæ, nunc asperæ, nunc læves; semina reniformia.

Meibomia Heist. quæ foliis ternis distinguitur, commode huc refertur.

b. *Flore non papilionaceo.*

FUMARIA Riv. Folia ut in umbelliferis divisa; calix vel bifolius, vel nullus; flos papilionaceo æmulus, petalo inferiore tanquam carina excavato, superiore tanquam galea erecto, in calcar cœcum desinente, duobus lateralibus alarum instar dispositis; ovarium vagina, superius sex antheris ornata, cinctum, qua disrupta, in siliculam rotundam, brevem, unum semen continentem, mutatur.

CYSTICAPNOS B. *Corydalis* Knaut. Radix annua, fibrosa;

brosa; folia, flos, rami & habitus Fumariæ claviculis donatæ; fructus est vesica ovalis, quam transit axis, cui adhærent semina rotunda, uni iterum communi vesicæ, circa axin expansæ, inclusa.

PSEUDO-FUMARIA Riv. *Split* Rup. Folia & flores ad Fumariam accedentes; siliquæ oblongæ, seminibus speciosis, splendentibus repletæ.

Split Knaut. sive Fumaria B. VI. ut & variæ Fumariæ Boerhaavii huc referantur.

CAPNOIDES T. Flos, facies, folia Fumariæ; pistillum fit siliqua longa, teres, bivalvis, valvis fenestræ adhærescentibus, cui interius affixa sunt semina subrotunda.

SINAPISTRUM T. Folia terna vel quina, digitata, in eodem pediculo; caliculus quadrifolius, colore flosculi; petalis quatuor superiorem, staminibus quatuor vel sex inferiorem floris partem occupantibus; siliqua cylindracea, seminibus rotundulis fœta.

HYPECOON T. Folia instar Fumariæ tenuiter secta; calix bifolius; flos, petalis duobus majoribus, duobus minoribus, illis trifidis, his bifidis, oppositis, gaudet; siliqua articulata, plana, continens in singulis articulis semen unum.

BALSAMINA T. Calix exiguus, bifolius, caducus; flos calcari donatus, utplurimum tetrapetalos; fructus elasticus, multifariam dehiscens, vel turgidus, vel tenuis; seminibus rotundis, vel oblongis, axi affixis.

Impatiens Riv. quæ fructu tenuiori & seminibus oblongis differt, huc referatur.

II. Seminibus tectis capsula bipartita.

ASTRAGALUS T. Folia pinnata, impari extremo; flos

flos papilionaceus; caules non ſcandentes; ſiliquæ variæ formæ; ſemen reniforme.

Epiglottis Knaut. quæ ſiliqua monoſperma epiglottidis figura, Glaux Riv. ſive Aſtragaloides Knaut. quæ ſiliqua brevi, tumida, veſicæ inſtar inflata, differunt, commode huc referri poſſunt.

PELECINUS B. ſive *Utrinque ſerrata* Riv. Siliqua plana, utrinque ſerrata, gaudet; fortaſſis & ad Aſtragalum referri poſſet.

APIOS T. Caule ſcandente potiſſimum ab Aſtragalo differt.

TRAGACANTHA T. Foliis pinnatis, coſtæ, in mucronem rigidum, acutum abeunti, annexis, ab Aſtragalo potiſſimum differt.

Thlaſpidium Riv. vide regulares tetrapetalas bicapſulares, ſiliculoſas.

III. Seminibus tectis capſula tripartita.

CARDAMOMUM Raj. Flores & racemi fructuum in caule peculiari, non folioſo, ex radice orto; flos tribus petalis æqualibus, quarto oppoſito, diverſo, gaudet; fructus, ſex ſeminum triangularium ordines, continet.

CORINDUM T. *Veſicaria* Riv. Caules repentes, viticulis inſtructi; calix tetraphyllos; flos quatuor majoribus petalis conſtat, intus contentis quatuor minoribus, aduncis; fructus fit veſica cuſpidata, in tria loculamenta diviſa; ſemina ſunt rotunda, cordis figura notata.

IV. Seminibus tectis capſula quadripartita.

MELIANTHUS T. Radix vivax; habitus arboreus; calix

calix utplurimum quinquifidus; flos ex quatuor petalis, nunc flabellum, nunc conum formantibus, constat; aliis pentapetalos, aliis hexapetalos dicitur, annexis quibusdam calicis foliolis; fructus tetragonus, vesicarius, seminibus subrotundis foetus.

CLASSIS XV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, IRREGULARI, PENTAPETALO.

I. Seminibus binis, nudis.

Dicuntur hæ plantæ umbelliferæ, quia pedunculi multi ex fastigio caulium & ramorum oriuntur, quorum quilibet iterum in alios similiter positos exit, qui sustentant ovaria binos embryones contiguos habentia; flores in quibusdam ad regulares accedunt. Plantæ, quarum flos & fructus conveniunt florendique modus non multum discrepat, ad umbelliferas adhuc referuntur.

TORDYLIUM T. Radix annua; petala profunde bifida; exteriora interioribus majora; semina orbiculata, plana, compressa, margine elato, utplurimum denticulato, vel granulato, involucrum deponentia.

SPHONDYLIUM T. Radix perennis, longa; folia maxima, in magnas lacinias varie divisa; petala bifida, cornuta, exteriora interioribus longe majora; semina ampla, striata, plana, summa parte bifida, interiore superficie duabus lineis nigris notata, involucrum plerumque deponentia.

PASTI-

PASTINACA T. Radix craſſa, carnoſa, ſucculenta; folia ampla, coſta craſſa fulta; ſemen ovatum, Sphondylio latius.

Panax Riv. & Raj. eſt Paſtinaca B. IV.

IMPERATORIA T. Semina plana, ovata, leviter ſtriata; folia tripartito diviſa & ſubdiviſa.

OREOSELINUM T. Radix Dauci, tenuior, non lacteſcens; folia Apii vel Cicutæ, latiora; ſemina ovata, ampla, ſtriata, marginata, involucrum ponentia.

Cervaria Riv. eſt Oreoſelinum B. I.

FERULA T. Radix valida, lacteſcens; caules fungoſa medulla pleni; ſemina ovata, longiora, involucrum deponentia.

CRITHMUM T. Radix fibroſa, ſparſa; folia ſucculenta, craſſiuſcula, anguſta, tripartito diviſa & ſubdiviſa; ſemen planum, leviter ſtriatum, involucrum ponens.

PEUCEDANUM T. Radix vivax, comoſa; folia graminea, trifariam diviſa; ſemen planum, fere ovatum, leviter ſtriatum, marginatum.

ANETHUM T. Radix annua, tenera, fibroſa; folia capillacea; ſemina ovata, ſtriata, plana, marginata.

THAPSIA T. Radix vel craſſa lacteſcens, vel fibroſa; folia utplurimum tenuiter ſecta; ſemen longum, ſtriatum, ala foliacea, utrinque emarginata, cinctum.

ANGELICA T. Folia alata, in amplas partes diviſa; ſemina ſtriata, magna, craſſa, alis anguſtioribus.

Podagraria Riv. ſive Ægopodium Knaut. petalis inæqualibus & ſeminibus fuſcis differre videtur, commode tamen ad Angelicam referri poteſt, eſtque B. IV.

SILAUM B. Folia tenuiora, breviora, fœniculaceis accedentia ſed latiora; ſemina longa, ſulcata, limbis foliaceis anguſtioribus inſtructa.

Seſeli

Seseli Riv. est Silaum B. I.

THYSSELINUM T. Radix vivax, magna, lactescens, ut & planta; folia angustiora; semen ovatum, planum, amplum, striatum, marginatum, involucrum interdum deponens.

LASERPITIUM T. Radix vivax, lactescens; semina gibba, quatuor alis foliaceis per longitudinem decurrentibus, planis vel cripsis, instructa.

SANICULA T. Folia lobata, in quinque segmenta profunde incisa; finis pedunculi fit calix monophyllus, quinquifidus; flores vel mares, vel hermaphroditi; hos sequuntur semina gibba, lappacea vel aspera.

CAUCALIS T. Petala cordiformia, inæqualia; semen oblongum secundum longitudinem plus minusque sulcatum, jugis denticulatis vel asperis.

Echinophora Riv. quæ magnitudine seminum distinguitur huc referatur.

SCANDIX T. Radix annua, fibrosa; petala indivisa; semina rostrata, in acum longam producta.

CUMINUM Raj. Planta parva; radix annua, folia Fœniculi; semina longiora, fœniculacea, villosa, recurva, odore singulari prædita.

DAUCUS T. Radix carnosa, in plerisque; umbella matura, cava, contracta, nidum avis exhibens, in plerisque corona foliosa laciniata succincta; semina magis hispida quam villosa.

Staphylinus Riv. huc referatur.

MYRRHIS T. Petala inæqualia; semina striata, rostrum avis exprimentia, quasi mucronata.

Odorata Riv. non nisi magnitudine seminis a Myrrhide differt, estque B. I.

Anthriscus Riv. etiam huc referatur.

CHÆRO-

CHÆROPHYLLUM T. *Cerefolium* Riv. A Myrrhide ſemine non ſtriato differt.

LIBANOTIS Riv. *Apium petraeum* J. B. & Raj. Folia in alas oppoſitas diviſa; caulis inſigniter canaliculatus; ſemina ſtriata, hirſuta, ſumma parte rubentia; umbellæ denſiores.

BUPLEURUM T. Folia integra, alterna ſerie ad caulem poſita; ſemina ſtriata, nigra, oblonga.

PERFOLIATA T. Folia a caule perfoliato, & umbellis corona foliacea cinctis, a præcedente differt.

BULBOCASTANUM T. Radix perennis, carnoſa, tuberoſa, pelle coriacea tecta; folia fœniculaceis latiora, Petroſelino ſimiliora; ſemina exigua, oblonga, ſulcata, gibba.

FALCARIA Riv. Folia diviſa, falcis in modum ſerrata; ſemina gracilia, oblonga, ſtriata, unicoloria, albida; *eſt Ammi B. III.*

CARVI T. *Carum* Riv. Radix annua, fibroſa; folia, tenuiter laciniata, coſtæ conjugatim ſine pedunculis adnata; petala cordiformia, apice introrſum flexo; ſemina longiuſcula, exigua, gibba, ſtriata.

SISARUM T. Radix napiformis, pluribus ab uno capite pendentibus, perennis; folia pinnata, impari extremo; ſemina anguſta, ſtriata.

SESELI B. Radix perennis; folia fœniculaceis latiora & breviora; ſemina fœniculaceis longiora.

FOENICULUM T. Radix fibroſa; folia capillacea; petala integra; ſemina oblonga, craſſiuſcula, gibba, ſtriata.

MEUM T. Radix perennis; folia capillacea, fœniculaceis longe tenuiora; ſemina longa, fœniculaceis majora, latiora.

SILER B. Folia lobata, majora, ſegmentis integris, longis,

longis, obtusis, sine tripartito; semina oblonga, magna, striata, non raro cum fimbria foliacea.

PHELLANDRIUM T. Radix fibrosa; caulis crassissimus; folia amplissima, minutissime divisa; petala cordiformia, æqualia; semina exigua, gibba, leviter striata.

OENANTHE T. Radices tuberosæ, e multis glandulis compositæ; petala cordiformia, inæqualia; semina longiuscula, teretia, dorso canaliculata; ovarium in summitate quinque pinnulas instar calicis ostendit, quæ seminibus aculeorum in modum adhærent.

LIGUSTICUM T. Folia lobata, margine inciso, Apii foliis accedentia; semina oblonga, magna, striata.

Levisticum Riv. & off. huc pertinet.

HIPPOMARATHRUM Riv. Folia tenuia; umbellæ corona densiore foliacea cinctæ; semina subhirsuta.

ASTRANTIA T. Folia Imperatoriæ quodammodo similia, sed in quinque segmenta profunde incisa; finis pedunculi explicatur in calicem communem, monophyllum, multifidum, in quo flores multi, tum masculini, tum hermaphroditi, caliculo quinquifido sustenti; semina subhirsuta, quasi calyptra crispa & striata involuta.

CACHRYS T. Radix ingens, vivax; folia Peucedani similia; fructus ovatus, fungosus, constat binis semiovatis vasculis, quæ sunt involucra seminum longorum.

SMYRNIUM T. Folia magna, varia, lobata, superiora interdum perfoliata; semina crassa, hemisphærica, lunata, gibbosa, canaliculata, per maturitatem nigra.

CORIANDRUM T. Radix annua, fibrosa; folia in-

feriora lata, ſuperiora tenuiter inciſa; petala cordiformia, inæqualia; fructus ex duobus ſeminibus hemiſphæricis vel ſphæricis conſtat.

CICUTA T. Radix fibroſa, magna ſatis & craſſa; folia minutim multumque diviſa; petala cordiformia, inæqualia; ſemen breve, rotundum, ſtriatum.

Cynapium Riv. eſt Cicuta B. II.

SIUM T. Radix cauliformis, fibroſa, lignoſa; folia utplurimum pinnata, impari extremo; petala bifida; ſemen ſubrotundum, gibbum, ſtriatum.

Cicutaria Riv. eſt Sium B. II.

CICUTARIA T. Radix craſſa, magna; caulis cavus, craſſus, geniculatus; folia Cicutæ, majora, craſſiora; ſemen craſſum, longum, gibbum, lunatum, valde ſtriatum.

TRAGOSELINUM T. *Pimpinella* Riv. Radix cauliformis, acris in multis; folia pinnata, Pimpinellæ ſanguiſorbæ; petala leviter bifida, inæqualia in multis; ſemina oblonga, gibba, ſtriata.

VISNAGA B. *Gingidium* Raj. Radix fibroſa, annua; folia fœniculaceis latiora, breviora, obtuſiora; umbella fere contracta & clauſa; ſemina fœniculaceis minutiora.

APIUM T. Radix ſatis magna in plurimis; folia ad coſtam ramoſam alata, & in ſegmenta plurima minora diviſa; petala integra, æqualia; ſemina gibba, ſtriata, minora, glabra vel villoſa.

ANISUM Riv. Semine majore & odoratiſſimo ab Apio differt.

AMMI T. Radix fibroſa; petala cordiformia, inæqualia; ſemina exigua, gibba, ſtriata.

Ammioſelinum Riv. huc referatur.

AMMO-

AMMOIDES C.B. & B. Radix annua; folia Fœniculi, paulo minus capillacea; flosculi & semina valde exigua.

HYDROCOTYLE T. Folia integra, umbilicata, circinata; radix repentissima; petala integra, æqualia; semina duo, plana, semiorbiculata.

II. Seminibus nudis ternis.

ACRIVIOLA B. *Cardamindum* T. & Riv. Folia alterna, orbiculata, pediculo in medium inserto; caules scandentes; calix quinquifidus, utplurimum caudatus; semina ad singulum florem terna, rugosa, majora.

III. Seminibus quinis nudis.

GERANIUM T. Calix pentaphylloides, stellatim expansus; flos vel regularis vel irregularis, in africanis non raro tetrapetalos, quasi galeatus & labiatus; stamina decem; ob fructus convenientiam hic omnes conferuntur; est enim ille pentangius, rostratus, caput ciconiæ vel gruis referens; capsulæ quinque, inferius positæ, resilientes & in caudam abeuntes, emittunt semen utplurimum oblongum, caudatum.

Gruinalis Riv. Species flore regulari complectitur. Ruppius Gruinalibus capsulam quinquepartitam, Geraniis semina quina nuda attribuit, differentia vero non magni est momenti, ut inspicienti patebit.

IV. Seminibus tectis capſula membranacea.

ECHINOPHORA T. Calix monophyllos, multifidus, ſtellatus, umbellæ pedunculum includens; flos umbelliferis ſimilis, petalis inæqualibus; fructus unicapſularis, echinatus, includens ſemen unicum, oblongum.

POINCIANA T. *Chamæcriſta* Riv. Calix pentaphyllus, folio inferiori adunco, imbricato; ſtamina incurva, numeroſa, longa, cum piſtillo ſimili excurrentia; ſiliqua plana, dura, bifariam dehiſcens, in loculos diſſepta, continens ſemina ſubrotunda.

SENNA T. Flos roſaceus, ſiliqua plana, incurva, bivalvis, in loculos diſſepta, ſemina vinaceis ſimilia.

CASSIA T. Flos roſaceus; ſiliqua, vel teres cylindracea, vel compreſſa, in loculos transverſim diſſepta, medulla nigra ſæpe obducta; ſemen in quolibet loculo unum, durum, compreſſum, ſubrotundum.

SILIQUASTRUM T. *Arbor Judæ* Dod. Folia alterna, Aſari ſimilia; flos papilionaceo ſimilis, carina dipetala, alis vexillum ſuperantibus; ſiliqua plana, membranacea, ſeminibus reniformibus fœta.

ANAGYRIS T. Planta trifolia; flos papilionaceo ſimilis, carina dipetala, vexillo breviori; ſiliqua Phaſeoli, ſeminibus reniformibus fœta.

PARKINSONIA Plum. Folia minuta, uni coſtæ adnexa; calix monophyllus, multifidus; petala quatuor, æqualia, oblonga, crenata, quinto inferiori

riori latiore; piſtillum mutatur in ſiliquam toroſam, nodoſam & ad ſingulos nodos ſemine ſubrotundo fœtam.

ANIL March. Radix annua, vel biennis; folia conjugata, extremo impari; calix minor, quinquifidus; flos roſaceus, petalo ſuperiori majore; ſtamina octo; piſtillum mutatur in ſiliquam nodoſam, falcatam, ſeminibus cylindraceis fœtam.

VIOLA T. Folia alterna; calix quinquifidus, expanſus, firmus, ſegmentis retrorſum reflexis; flos vexillo dipetalo, alis binis, carina caudata conſtans; ſtamina quinque; fructus conicus, trifariam dehiſcens, unicapſularis, continens ſemina multa, rotunda.

HIPPOCASTANUM T. *Caſtanea equina* Raj. Folia Caſtaneæ, ſed digitata; calix quinquifidus; flos roſaceus; ſtamina quinque ad ſeptem; flores in ſpicam longam, ſpecioſam diſpoſiti; fructus hiſpidus, multifariam dehiſcens, unicapſularis, fœtus ſeminibus Caſtaneæ æmulis, uno vel altero.

ZINGIBER B. Radix tuberoſa; folia Cannacori; flos, in ſcapo ſingulari, quaſi bilabiatus; *Rajo monopetalos quinquifidus dictus;* fructus trigonus, trilocularis; ſemina ſphærica.

DELPHINIUM T. Folia laciniata; flos placentæ adhærens, quatuor petala inferiora fere orbicularia habet, quinto quaſi bilabiato, calcari donato; ſtamina multa, in membranam ſericeam concreſcunt; ovarium fit fructus, ex vaginulis longis, una vel pluribus conſtans, dehiſcentibus, & ſemina anguloſa condentibus.

Staphis agria Riv. eſt Delphinium B. II.

PAVIA B. Folia Hippocaſtani, conjugata; calix lon-

gus, tubulosus, flori concolor, in sex segmenta divisus; flores in spicis dispositi, pentapetali, monopetalos bilabiatos referentes; stamina quinque; fructus trilocularis, tricoccos, semine globoso foetus.

Aconitum T. *Napellus* Riv. Radix vivax; folia laciniata, circumscriptione fere rotunda; placentæ accrescunt petala quinque, quatuor inferiora fere orbiculata, superius cucullatum, quasi galeatum; ex parte superiori placentæ oriuntur duo tubi longi, incurvi, in galea latitantes, superius in caput delphini formati; stamina multa in membranam sericeam concrescunt; fructus constat siliculis utplurimum tribus, in capitulum collectis, foetis seminibus angulatis, vel rugosis.

Anthora Riv. est Aconitum B. IV.

Fraxinella T. Radix vivax; folia pinnata, Fraxini similia; calix monophyllos, multifidus; flos quasi bilabiatus apparens, quatuor petalis sursum, uno deorsum, inflexis; stamina multa, recurva; fructus constat ex vaginulis utplurimum quinis, bifariam dehiscentibus, & semina magna, nigra ejaculantibus.

Pyrola T. Folia alterna; flos rosaceus, vel regularis, vel irregularis, vel expansus, vel clausus, vel solitarie, vel in umbella, vel in spica positus, pistillo recurvo; fructus in omnibus convenit, & est subrotundus, striatus, umbilicatus, quinquecapsularis, seminibus exiguis foetus.

CLAS-

CLASSIS XVI.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, SIMPLICI, IRREGULARI, HEXAPETALO.

I. Seminibus tectis capſula membranacea, tripartita.

ORCHIS T. Radix carnoſa, teſticulata, duplex, raro ſimplex vel triplex; folia liliaceis ſimilia; flos ovario inſidens, petalis quinque ſuperioribus galeam quaſi format, ſexto inferiore variæ formæ exiſtente; flores in ſpica, vel laxa, vel compacta; ovarium fit fructus oblongus, trilocularis, trivalvis, tribus feneſtris pervius, ſemina pulverulenta continens.

PALMATA Riv. Radice napiformi, duplici & digitata, a præcedente differt.

CORALLORRHIZA Rup. Radice coralloide potiſſimum ab Orchide differt.

SATYRION Riv. Radice napiformi, duplici, & flore in calcar longiſſimum deſinente, ab Orchide differt.

NIDUS AVIS T. Radice, ex fibris multis majuſculis inſtar nidi avis compoſita, barba bifida ut & habitu aphyllo, ab Orchide differt.

HELLEBORINE T. Radix fibroſa; folia nervoſa, Veratri foliis ſimilia; flos calcari deſtitutus, non raro clauſus, barba imbricata, brevi; fructus & modus florendi ut in Orchide.

Damaſonium Riv. huc referatur.

CALCEOLUS T. Radix fibroſa; folia nervoſa; flos majusculus, petala quatuor, cruciatim poſita, quinto & ſexto meditullium occupante, quorum inferius calcei lignei figuram æmulatur; fructus Orchidi ſimilis.

LIMODORUM T. Radix fibroſa; folia Orchidis; flos calcari donatus, fructus Orchidis.

OPHRYS T. Radix fibroſa; folia nervoſa, plantaginea, bina utplurimum, raro terna conjugata; barba longa, bifida; fructus Orchidis.

RESEDA T. Folia laciniata, quaſi pinnata; calix quinquifidus, ſegmentis anguſtis, retroflexis; flos ex anguſtis aliquot petalis, utplurimum ſenis compoſitus, ſuperioribus plerumque trifidis; ſtamina multa; flores in ſpica; fructus trigonus, vel tetragonus, ſemina minutiſſima continens, in ſummo hians.

LUTEOLA T. Folia oblonga, integra; flos ad Reſedam quodammodo accedens; fructus globoſus, concavus, tricuſpis.

SESAMOIDES T. Folia oblonga, integra; flos Reſedæ; fructus polyceratus, vel ſtellatus, ſemine reniformi fœtus.

II. Seminibus tectis capſula ſimplici, carnoſa.

VANILLA Plum. Flos nudus, ovario inſiſtit; petala quinque, regularia, ſexto meditullium occupante, convoluto; ovarium mutatur in fructum mollem, longum, corniculatum, ſeminibus minutiſſimis fœtum.

CLAS-

CLASSIS XVII.

PLANTÆ QUÆDAM DUBIÆ.

Placuit in hac classe, priusquam ad imperfectas accedimus, quasdam plantas recensere, quæ ob præsentiam calicis, deficientibus licet petalis, inter perfectos recensentur a nonnullis; ab aliis, qui stamina in calice posita considerant, ad imperfectas sive apetalas rejiciuntur. Cum litem non facile componere jam liceat, hinc locum medium, inter perfectos & imperfectos flores, illis adsignare voluimus; igitur sequentes plantas potissimum huc referimus.

LAPATHUM T. Calix hexaphyllos, sive calix triphyllos & flos tripetalos; stamina sex; ovarium triquetrum, tribus tubis ornatum, fit semen triquetrum, splendens, tribus vel sex calicis divisionibus, conniventibus ornatum.

Rhabarbarum Boerhaavius inter Lapatha habet; Tournefortius vero ob florem monopetalum sejungit.

ACETOSA T. Sapor acidus, in foliis & caule; reliqua Lapathi.

CAMPHORATA T. Calix infundibuliformis, trifidus vel quinquifidus; stamina quatuor; pistillum mutatur in semen unicum, calice per maturitatem connivente, inclusum.

FAGOPYRUM T. Radix fibrosa, annua; calix pentaphyllus, colore florali præditus; stamina continet octo; pistillum fit semen triquetrum, farinosum, calice conclusum.

BISTORTA T. Radix tuberoſa, contorta, capillitio donata; calix monophyllus, quinquifidus; *florem appellavit Bœrhaavius, pedunculo, ex calice gemino, monophyllo, nato, inſiſtentem;* ſtamina octo; piſtillum mutatur in ſemen triquetrum, calice concluſum; flores & ſemina in denſas, longas ſpicas digeruntur.

KNAWEL Raj. & B. Calix quinquifidus, in ſegmenta acuta, inſtar ſtellæ expanſus; ſtamina continens; ſemina ſingula calici inſidentia; flores hærent in ſummis ramis & divaricationibus ramorum.

PERCEPIER Raj. & B. Calix quadrifidus, ſtamina & ſemen unicum continens; flores in alis foliorum.

POLYGONUM T. Radix repens, fibroſa; caules & rami creberrime geniculati; calix profunde quinquifidus, ſtamina continens, fit per maturitatem involucrum ſeminis exacte triquetri; ſegmenta calicis inferius herbacea, in margine floſculoſo colore prædita; flores ad alas foliorum ex membrana tenuiſſima oriuntur.

PERSICARIA T. Calix quadrifidus vel quinquifidus, ſtamina continens, & in maturitate ſemen planum, ex ovato acuminatum, cingens; flores in ſummis ramulis & caulibus ſpicati; membrana ad egreſſum ramorum & foliorum ex adverſo caulem cingens.

PARIETARIA T. Flores duplices, in nodos denſos congeſti ad caules; mares gaudent calice quadrifido, ſtaminibus ornato, ſine ovario; fœminini inſtructi ſunt calice quadrifido ovario prædito, in his calix per maturitatem clauſus continet ſemen oblongum.

PIMPINELLA T. *Sanguiſorba* Rup. Calix plerumque ad

ad centrum usque quadrifidus, ſtaminoſus, tegit fructum plerumque quadrangularem, utrinque acutum, qui modo unicapſularis, modo bicapſularis eſt, ſeminibus oblongis fœtus; flores in ſpicis brevioribus, denſis.

LUPULUS T. Radix repentiſſima; folia ſcabra, anguloſa, conjugata; caules volubiles; flos mas in una planta calice quadrifido, ſtamina continente, præditus, in racemis diſpoſitus; flos fœmina in altera planta, intra ſquamas ſtrobuli ovaria continet, quæ in ſemina rotunda, tegmine membranaceo occultata, mutantur.

CHRYSOSPLENIUM T. *Saxifraga aurea* Raj. Radix perennis, fibroſa; folia ſemiorbicularia; calix quadripartitus raro quinquepartitus, ſtamina octo vel decem; fructus eſt capſula membranacea, univaſcularis, bicornis, bivalvis, ſemina minutiſſima continens.

CANNABIS T. Radix annua; folia digitata, conjuncta; cortices lenti, tenaces, robuſti; flores mares in una planta, calice quinquifido, quinque ſtamina continente, gaudent; flores fœminæ in altera planta ſunt ovaria bicornia, in caulibus conferta, in maturitate formantia teſtam rotundam, duram, tenuem, fragilem, uno ſemine globoſo fœtam.

CANNABINA T. Habitus Cannabi ſimilis; flores mares in una planta calice quinquifido & ſtaminibus multis gaudent; flores fœminæ in altera planta ſiſtunt ovarium, quod mutatur in capſulam ſimplicem longam, trigonam, ſeminibus multis fœtam.

CORIARIA Niſ. Flores mares calice quinquifido & ſtaminibus decem, apice duplici præditis, gaudent; flores fœminæ in alio plantæ loco, ovarium in ſimili

mili calice quinquifido comprehendunt, quod abit in quinque ſemina reniformia.

Eſt Rhus myrtifolia monſpeliaca C. B. P. vid. Bœrhaavius. Ind. alt. H. L. B. P. II p. 261.

URTICA T. Caules non ramoſi; folia in caule bina, oppoſita, triangularia vel cordiformia, ſerrata, ſpinis urentibus in noſtris obſita; flores & fructus in ligulis tenuibus, ex foliorum alis ortis; flores mares in una planta, calice quadrifido, raro quinquifido, ſtaminibus vel quatuor vel pluribus, apicibus in plana foliacea diſſilientibus, gaudent; flores fœminæ in altera planta continent, in caliculo itidem quadrifido, ovarium tubis filamentoſis inſtructum, quod mutatur in capſulam bivalvem, ſemen continentem.

Flores mares & fœminæ interdum in una eademque planta inveniuntur, fructu quodammodo diverſo, in globulos collecto, Urticoides Pontederæ.

Urticaſtra Heiſt. ſunt Urticæ exoticæ non urentes.

SPINACIA T. Radix annua; flores mares, in una planta, ad alas poſiti, calice quadrifido, ſtaminibus ornato, gaudent; flores fœminæ, in altera planta continent ovarium, tubis plumoſis inſtructum, quod mutatur in capſulam turbinatam, vel cornutam, vel angulatam; ſemen turbinatum.

ATRIPLEX T. Calix quinquifidus; in quibusdam flores hermaphroditi, ſtamina & ovarium, in ſemen unicum mutandum, continent; in aliis vero, flores maſculini & fœminini diverſis locis fiunt; unus calix ſtamina, alter bifolius, ovarium tubis inſtructum, tenet.

An priores hermaphroditos ad Chenopodium referre expedit?

CHENOPODIUM T. Calix quadrifidus, vel quinquifidus, ſtamina octo, vel decem continens; ovarium

um bicorne, fit ſemen, intra calicem, quaſi intra ſtellam quinquifidam aut quadrifidam, contentum.

CHENOPODIO-MORUS B. Habitus Chenopodii; fructus ſucculentus Fragi vel Mori.

BLITUM T. Calix trifidus, ſtamina tria continens, ovarium tuba bifida inſtructum, mutatur in ſemen calice contracto concluſum.

ALCHIMILLA T. Folia ſerrata, in exortu plicata; calix quadrifidus, in ſegmentis quatuor minoribus appendicibus ornatus, continens ſtamina quatuor & ovarium, quod mutatur in capſulam ſemina bina utplurimum continentem; flores in ſummis caulibus.

LINOSYRIS Rup. & Riv. Folia Linariæ; calix quinquifidus, albicans, ſemen unicum, nudum, calice contentum.

BETA T. Radix annua, vel biennis, in nonnullis valde carnoſa & craſſa; calix quinquifidus, ovario inſiſtens, ſtaminibus ornatus; floſculi tales in globulum colliguntur, ut & fructus ex ovario formati, vaſcula ſcilicet oſſea unum ſemen continentia.

PARONYCHIA T. Radix perennis; calix pelviformis, in quinque ſegmenta cucullata ſectus, ſtaminibus quinque ornatus; ovarium fit ſemen unicum, quod cum calice per maturitatem annexo, fructum pentagonum format; flores multis tenuiſſimis bracteis, ſiccis, argenteis, cinguntur.

HERNIARIA T. Radix fibroſa; calix quadrifidus vel quinquifidus, ſtaminibus inciſuris reſpondentibus; ovarium in medio ſitum, *ex obſervatione Preſtoni*, fit capſula rotunda, ſtriata, in octo loculamenta diviſa, in ſingulis horum ſemen unicum, parvum, acuminatum, ovatum.

MERCU-

MERCURIALIS T. Folia in caule bina, oppoſita, crenata; flores mares in una planta, calice trifido, ſtamina octo vel duodecim comprehendunt, & in ſpicis ſunt diſpoſiti; flores fœminæ in altera planta oſtendunt ovarium, duplici tuba inſtructum, calici trifolio inſiſtens, quod mutatur in duas capſulas, quarum ſingula unicum ſemen continet.

Vulgo teſticulata mas, ſpicata fœmina appellatur, contra floris naturam.

BUXUS T. Folia ſemper virentia; flores & maſculini & fœminini in globulos collecti, ad alas foliorum; calix ex quatuor vel pluribus ſquamis conſtat; ſtamina quatuor in mare, in fœmina ovarium tridentatum quod tribus tubis ornatur & fit capſula tripartita, fœta ſeminibus in capſula elaſtica ſitis.

FICOIDEA Juſ. Calix in quinque ſegmenta diviſus, ſtamina continens, quinque, vel plura, piſtillum mutatur in fructum quinquefariam dehiſcentem, ſemina reniformia continentem.

SILIQUA T. *Ceratonia* Dod. Folia pinnata, impari extremo; calix quinquifidus, ſtaminibus quinque majoribus ex fiſſuris calicis ortis; ex calicis centro oritur ſiliqua longa, bivalvis, plana, pulpa carnoſa, dulci, referta, ſemina plana, ſubrotunda continens.

YERVA MORA H. Boſ. Frutex foliis oblongis, cuſpidatis; calix non expanſus, ſed ſemiclauſus, profunde quinquifidus, ſtamina quinque, ovarium oblongo-cuſpidatum; an ſemen unicum nudum? flores in ſpicis parvis, botryoideis, ex alis foliorum prodeuntibus, quæ in ſummis ramis confertim fiunt.

FICUS T. Arbor; flores ſimul cum ſeminibus intra fructum naſcuntur; finis pedunculi in caliculo triphyl-

triphyllo sustinet fructum superius umbilicatum, in quo flores monopetali tubulosi, vel hermaphroditi, vel mares & fœminæ seorsim positi inveniuntur; semina in utriculis pulposis nata.

CLASSIS XVIII.

PLANTÆ FLORE IMPERFECTO, STAMINEO.

I. Arboreæ & fruticosæ.

a. *Fructu flori contiguo.*

FRAXINUS T. Folia pinnata, impari extremo; stamina sæpe gemino apice donantur, ex quorum medio surgit pistillum, quod mutatur in fructum planum, membranaceum, linguæ similem, semine similis figuræ fœtum.

Dantur & species flore petaloide, quinquifido, sterili, quibus fructus in alia planta respondet.

b. *Flore a fructu separato.*

α. *In eadem planta.*

EMPETRUM T. Folia & habitus Ericæ; flores mares staminei; in alio loco plantæ, ovarium, quod in fructum carnosum mutatur, tribus utplurimum granis fœtum.

β. *In diversis plantis.*

PALMA DACTYLIFERA Plum. Arbor non ramosa, simplici

ſimplici caudice; folia vel pinnata extremo impari, vel flabelliformia in orbem poſita; ex alis foliorum, inferius membrana circulari cor plantæ cingentium, ſurgit ſpatha racemoſa, in vagina primum recondita; in mare florifera, ſtamineos flores, calici trifido vel ſexpartito utplurimum inſidentes, monſtrans; in fœmina ovaria ſimili ſpatha inſiſtunt, & mutantur in fructum oblongum, ferme cylindraceum, nucleum durum, oſſeum ſub carne eduli tegentem.

Palma cocifera Plum. Arbore & flore ſimili cum præcedente, fructum producit cortice membranoſo tegentem filamenta duriſſima arcte contexta, ſub quibus teſta duritiei lapideæ, in qua caro pinguis, intus cava, & tum aqua lactea plena, vel non cava.

Terebinthus T. Folia pinnata, in impar terminata; flos mas in una planta, in calice vix conſpicuo continet ſtamina; fructus, membrana tenui carnoſa inveſtitus, fit teſta utplurimum unicapſularis, raro bicapſularis, ſemine oblongo fœta; in altera planta fœmina.

Lentiscus T. Folia pinnata, impari extremo deſtituta; flos mas, in una planta, in calice vix conſpicuo ſtamina continet; in altera planta fœmina, ovarium tuba inſtructum, format baccam minorem, unico ſemine fœtam.

Rhamnoides T. Habitus Rhamni, ſpinoſus; flos mas in una planta ſiſtit ſtamina in calice bifolio; in altera planta fœmina eſt bacca monoſpermos, ſemine ſubrotundo fœta.

Ephedra T. Habitus fruticoſus; folia Equiſeti; flos mas in una planta, ſtamina multa in globulos collecta & corpuſculo craſſiori inſiſtentia oſtendit;

dit; in altera planta fœmina ſquamæ ſucculentæ cruciatim poſitæ formant baccam in ſuperioribus continentem ſemina duo, ovata, polita, parte averſa gibba, contigua plana, involucro membranaceo cincta.

II. Herbaceæ.

a. *Fructu flori contiguo.*

SALICORNIA T. Habitus aphyllos, teres, ſucculentus, aizoideus, ſquamis pyxidatim articulatis conſtans; ſtamina ex commiſſuris ſquamarum nata; fructus eſt veſicula monoſpermos.

SAURURUS Plum. & T. Folia Cannacori æmula vel graminea; flos hermaphroditus, ſtaminibus binis præditus; ovarium molle, tuba trifida inſtructum; flores & fructus in ſpicam longam, gracilem, collecti; fructus ovatus, mollis, ſemine unico fœtus.

GNAPHALODES T. Flores mares ſtaminei, *aliis diſcoidei*, his, loco calicis, ſupponuntur embryones, qui abeunt in fructum criſtatum, ſemine oblongo fœtum.

b. *Flore a fructu ſeparato.*

In eadem planta.

AMBROSIA T. Flores mares ſtaminei, multi, uno calice communi comprehenſi; *floſculoſi Tournefortio dicti;* in alio plantæ loco fructus clavæ æmulus, echinatus, monoſpermos, ſemine oblongo fœtus.

XANTHIUM T. Flores mares, ex ſtaminibus apice bifido donatis conſtantes, calice communi comprehenduntur; in alio loco plantæ ovarium, duabus tubis inſtructum, mutatur in fructum oblongum, aculeatum, bilocularem, ſeminibus oblongis fœtum.

III. Culmiferæ.

Fructu flori contiguo.

TRITICUM T. Flores hermaphroditi, ſtamina & ovarium, duplici tuba ornatum, continentes; hæ partes enim exſtant inter bina foliola petaloidea, ſæpe ariſtata, quæ iterum cinguntur duobus foliolis cavis, carinatis, quæ calicis vicem gerunt; ſuſtentantur hæc uno pedunculo; qui cum aliis accretus uni axi, facit ſpicam denſam; ſemina magna, oblonga, in una parte ſulcata, altera convexa.

SECALE T. Omnia ut in Tritico, ſed ſpica compreſſiore, ſemper ariſtata, grano ſtrigoſiore, nudiore.

LOLIUM Raj. Semen fere nudum, leviter tectum, binis foliolis glumaceis; ſpica compreſſa, ſtrigoſa, mutica, facta ex agminulis granorum & glumarum, alternatim ſcapo medio adnatis, foliolo carinato defenſis, & in eodem plano jacentibus.

PANICUM T. & Raj. Spica, ex innumeris craſſis ſeminibus, in ſpicas minores digeſtis, conflatur, ut quidem ſpeciem racemi obtineant.

PHALARIS Raj. Spica craſſa, confecta ex glumis ſemina condentibus, ſquamatim congeſtis; glumæ binæ, cavæ, carinatæ, ſemen medium utriculo involutum tenentes, faciunt ſquamulas apparentes.

HORDEUM T. Spica craſſior; calix, glumæ, ariſtæ, flos, ut in Tritico & Secali, ariſtæ vero aſperæ; ſemen tumidius utrinque apice acutiore, glumæ arcte adhærenti unitum.

ORYZA T. Stamina ſex, glumis incluſa; ſemina craſſiuſcula, ovata, in capſula in ariſtam abeunte recondita, in panicula diſpoſita.

AVENA T. Folia bina, cava, a fine pedunculi orta, calicem

calicem formant, intra hæc tertium folium concavum, multis pilis & longa haſtula piloſa inſtructum, una cum alio oppoſito minori foliolo ſpeciem petalorum ſimulant, atque concavitate ſua ſtamina intercipiunt, itemque ovarium in centro poſitum tuba, bicorni, fimbriata inſtructum; faſciculi hi, a pedunculis penduli, in ſpicam laxam disponuntur.

ARUNDO B. Habitus maximus; in faſtigio culmi juba ſive coma ramoſa; locuſtæ ſimplices; ſemina ſequuntur pappoſa.

MILIUM T. Juba laxa, ramoſa, ſparſa; ſinguli floſculi conſtant primo foliolo, concavo, vice calicis fungente, cui folia duo fibroſa adſtant, inſtar petalorum ſtamina & utriculum defendentia.

Gramina & Graminibus affinia ex Scheuchzeri Agroſtographia huc referantur.

IV. Graminifoliæ, ſive Culmiferis affines.

MAYS T. Habitus arundinaceus; flores mares in longis ſpicis digeſti, in ſumma planta hærent, & ſtamina inter quatuor foliola continent, terna vel plura; flores fœminæ intra vaginam folioſam ſunt ovaria rotunda denſæ ſpicæ undique annexa & tubis filamentoſis longius propendentibus ornata, in inferiori plantæ loco.

LACRYMA JOBI T. Habitus arundinaceus; flores mares in ſpica diſponuntur, & ſtamina, ex foliolis duobus qui calicis vices præſtant prorumpentia, ſiſtunt; ſub hac ſpica hæret ovarium, tuba bicorni inſtructum, quod in teſtam lapideam, unico ſemine fœtam, abit.

Typha T. Habitus arundinaceus; flores mares solis ſtaminibus nudis pulverulentiſſimis conſtantes, in ſpicam gracilem denſe compacti congeruntur; ovaria in ſpicam denſiſſimam compoſita, ſub ſpica priori hærent, ſunt tenuia multisque filamentis inſtructa; utræque ſpicæ in formam clavæ per eandem continuatam longitudinem porriguntur.

Acorus T. Flos mas ſtamineus, nudus; ovaria, inter flores mares poſita, cincta foliolis exiguis loco calicis, fiunt ſemina tetrahedra; flores mares & ovaria congeruntur in ſpicam compactiſſimam, cornu quaſi referentem.

Sparganium T. Flores mares conſtant ex ſtaminibus multis, in formam globuli collectis, ad caulem, in parte ſuperiori; flores fœminæ, in inferiori loco itidem in globulos collecti, ſunt ovaria tubis recurvis inſtructa, quæ matura fiunt capſulæ oſſeæ, uniloculares vel biloculares, nucleo farinaceo fœtæ.

CLASSIS XIX.

PLANTÆ FLORE IMPERFECTO, AMENTACEO.

Flore a fructu remoto.

1. *In eadem planta.*

a. *Nuciferæ arboreæ & fruticoſæ.*

Nux T. *Juglans* Raj. Folia pinnata, extremo impari; flores mares in una plantæ parte, ex ſtaminibus racematim diſpoſitis, & petiolo, foliolis ornato, adhærentibus, componuntur, qui poſtmodum conge-

congesti caudam floriferam formant; ovarium, tuba bifida instructum, & in alio plantæ loco positum, fit fructus, qui cortice carnoso tegit bivalve putamen, in quo nucleus, sepimento coriaceo in summitate quadripartitus, deprehenditur.

FAGUS T. Flos mas in una plantæ parte glomeratus, staminibus multis, ex caliculis campaniformibus ortis, constans; fructus in alio plantæ loco callosus, acuminatus, apice quadrifariam dehiscente, binis seminibus trigonis fœtus.

CASTANEA T. Folia nervosa, longa; flos mas in uno plantæ loco, calice pentaphyllo, stamina multa continente, gaudet; qui disponitur in axi ut amentum formet; flos hermaphroditus in alio plantæ loco est, qui continet in calice quinquifido stamina & ovarium, sex tubis instructum, quod abit in fructum echinatum, subrotundum, utplurimum quadrifariam dehiscentem, Castanea fœtum, quæ sub cortice coriaceo nucleum continet.

CORYLUS T. Folia subrotunda, sparsa; flores mares in una plantæ parte, in caliculo triphyllo, stamina sex continent, & in caudæ formam disponuntur; flos fœmina, in alio loco plantæ, continet in calice foliaceo ovarium multiplici tuba instructum, quod deinde fit fructus osseus, putamine nucleum condens carnosum, hærens arcte innatus calici foliaceo.

QUERCUS T. Folia sinuosa quasi laciniata; flos mas in una plantæ parte apices, denso agmine collectos, tenui capillamento affixos, habet; fructus in alia plantæ parte, in calice foliolis angulosis constante, nascitur, estque glans sub putamine coriaceo, integro, tegens nucleum, bifariam fissilem.

ILEX T. Folia dentata, non sinuata; flos mas, stami-

na, in calice infundibuliformi contenta, tenui capillamento affixa, habet; fructus in alio loco plantæ Quercus similis.

Suber T. Et statura arborea, & cortice crasso, fungoso, levi, ab Ilice differt, cum quo alias convenit.

Ricinus T. Planta in climate conveniente arborea, nobis utplurimum annua; folia alterna, magna, incisa; flores in spica; mares in inferiore parte, calice monophyllo, quinquifido, stamina multa comprehendentes; fœminæ in superiore parte; ex ovario, tuba triplici ornato, formatur fructus ex tribus loculis constans, axi medio accretis; in singulis loculis hæret unicum semen, forma & mole nuclei Pini.

b. *Coniferæ arboreæ.*

Abies T. Folia longa, Juniperi latiora & majora, sparsim solitaria in ramis; flos mas, uno loco, ex apicibus constat in amentum dispositis; fructus inter foliola, squamatim conum formantia, semina foliata continet.

Pinus T. Folia Abietis, longiora, tenuiora, bina semper ex una communi vagina orta; flos mas amentaceus apiculis constans uno loco plantæ; fructus in alio plantæ loco fit conus tuberculis tetragonis constans; inter squamas sunt duo officula, sæpe alata, nucleum oblongum continentia.

Larix T. Folia Pini, tenuiora, plura simul ex uno communi tuberculo, instar penicilli, nata; flos mas in uno plantæ loco amentaceus; fructus in alio loco conicus, sub squamis condens semen foliatum.

Thuya T. Folia squamoso nexu sibi mutuo incumbentia; flos mas amentaceus, in uno loco plantæ,

in

in altero fructus ſquamoſus minor, ſemina marginata recondens.

CYPRESSUS T. Folia ſquamatim mutuo incumbentia; flos mas amentaceus, ſquamis, axi accretis minoribus, quatuor antheras continentibus, in uno loco plantæ; in alia plantæ parte conus ſubrotundus, intra ſquamas alternatim ſibi oppoſitas, continet embryones, tubis inſtructos, qui mutantur in ſemina anguloſa, ſub ſquamis coni expanſis, angulatis, latentia.

ALNUS T. Folia ſubrotunda; flos mas amentaceus in uno loco plantæ, calices quadrifidi ſtamina quatuor continentes, in caudam diſponuntur ex calice ſquamoſo ortam; fructus in alio plantæ loco fit ſquamoſus, ſemina compreſſa continens.

BETULA T. Vimina lenta; arbor cuticulam exuens; folia ſubrotunda, populneis ſimilia; flos mas in uno loco plantæ, amentaceus, folioſus; fructus, in alio loco poſitus, ſquamoſus, cylindraceus, ſemina alata continens.

c. *Seminiferæ arboreæ.*

CARPINUS T. Folia & facies Fagi; flos mas amentaceus; ſtaminibus multis ſub foliolis ceu ſquamis natis, axi communi adnatis, in una plantæ parte; in altera vero parte, ovarium ovatum, apice piloſo & tubis binis inſtructum, membranaceo involucro tectum, fit fructus oſſeus, compreſſus, umbilicatus, ſtriatus, nucleo e rotundo acuminato fœtus, in ſpicis foliaceis reconditus.

PLATANUS T. Folia magna, laciniata; flos mas amentaceus in globum compoſitus, conſtans ſtaminibus multis, in una parte plantæ; in altera vero parte, fructus globoſus continet ſemina longa, apiculata,

culata, numerosissima, cum lanugine multa intermista.

GALE T. Folia alterna; flos mas amentaceus, in una plantæ parte, ex multis foliolis axi medio adhærentibus conflatus, quaternis semper cohærentibus, intra hæc stamina; in altera plantæ parte, flos fœmina, semina racematim posita continet, quæ tamen an mollia sint an capsulis conclusa nondum constat.

d. *Bacciferæ arboreæ & fruticosæ.*

CEDRUS T. Folia squamosa, cypressinis similia; flos mas amentaceus, foliolis multis, apicibus donatis, constat, in una plantæ parte; in altera vero parte bacca ossiculis angulatis turgens, semine oblongo fœtis.

SABINA T. Foliis compactioribus, bacca verrucosa, & odore gravi a præcedente differt.

TAXUS T. Folia plana, acuta, juniperinis latiora, crassiora, obtusiora, pectinatim posita; flos mas amentaceus ex calice squamoso surgit styli instar, cui multi apices fungiformes adhærent, in una plantæ parte; in altera parte bacca pulposa, instar ollæ cava, aut glandiformis, continet semen unum.

MORUS T. Folia scabra, subrotunda; flos mas amentaceus, axi adnatus, constans ex staminibus tribus axi quadrifido comprehensis, posito in centro floris loculo aquoso, in una plantæ parte; in altera parte fructus oblongus ex multis baccculis constat, quæ axi longo dense adhærent, & tuba tortili instructa sunt.

II. *In*

II. *In diversis plantis.*

a. *Arboreæ & fruticosæ.*

JUNIPERUS T. Folia plana, acuta, terna semper in eodem ambitu caulium alterne sic posita, ut apicem ramuli cujusque intuenti sena appareant; flos amentaceus in una planta, in altera fructus Cedro similis; semina terna.

An dentur species in una planta locis tamen remotis florem & fructum habentes?

SALIX T. Folia integra, oblonga vel cuspidata; flos amentaceus, constans staminibus multis, in planta mare; in planta fœmina ovaria in spicam disposita, mutantur in capsulas corniculatas, semina papposa continentes.

POPULUS T. Folia subrotunda; ex calice squamoso oritur axis longus, cui accrescunt membranulæ, multos apices rubros sustinentes, & sic florem amentaceum formant in planta mare; in planta fœmina oriuntur fructus Salicis similes.

b. *Herbæ.*

EQUISETUM T. Radix repentissima; folia teretia, pyxidatim articulata, cava; flos amentaceus apicem fungiformem facit in summitate plantæ maris; fructus sunt grana nigra, aspera, farcta, in planta non florifera.

CLASSIS XX.

PLANTÆ FLORE ET FRVCTV VIX SATIS CONSPICVO, SÆPIVS PVLVERVLENTO.

I. Submarinæ.

a. *Mollioris vel herbaceæ ſtructuræ.*

MUSCI. Structura eorum eſt ſimplex, fibroſa, ſæpius non nihil criſpa, filamentis ſericeis non diſſimilis, minime ramoſa.

FUCI. Structura foliacea, materies lenta, herbacea, quaſi coriacea; vel formant caulem, vel ſimpliciter foliacei ſunt; poſteriores Lichenes appellari poſſent; ſemina ſæpe in folliculis habent. *Quæ folliculis aëre plenis ornantur Quercus marinæ nuncupantur a variis.*

AURANTIUM MARINUM. Figura globoſa Aurantii; ſtructura exterius glanduloſa, vel verrucoſa, mollis, interius fibroſa, fibris in cavitate, aqua plena, transverſim poſitis.

OPUNTIOIDES. B. *Sertolara* Imp. Figura Opuntiæ, folio ex folio nato; ſtructura mollis, glanduloſa, vel verrucoſa.

SPONGIA B. Materies fibroſa mire implicata, quaſi reticulata, poros formans usque ad minutiſſima; ſubſtantia ideo eſt bibula & elaſtica.

ALGA T. Planta ad litora creſcens; folia graminea vel

vel arundinacea; radix arundinacea comosa; huc commode refertur licet non sit submarina.

b. *Corneæ.*

KERATOPHYTA vel TITANOKERATOPHYTA B. Materies flexilis, instar cornu pellucens, summe elastica, crusta vel cretacea vel calcarea vel tartarea obducta, eademque variæ formæ.

Sunt & quædam plantæ, huc forsitan pertinentes, non incrustatæ, e.g. Pseudo-corallium nigrum.

CORALLINA. Materies lenta, instar cornu flexilis; plantæ minores interdum incrustatæ uti præcedentes, interdum crusta destitutæ.

c. *Lapideæ. Lithophyta B.*

CORALLIUM. Solida & dura materies, arbusculæ vel suffruticis forma; cortex sub aquis lentus, postmodum aridus, friabilis; flos ex cortice prorumpens, utplurimum hexapetalos apparens, teste Marsilio.

MADREPORA. Planta ramosa, non corticata, magis porosa, poris interioribus majoribus, per totam plantam stellæ in modum varie dispositis.

RETEPORA. Planta dura, quasi foliacea, instar telæ vel retis expansa, innumeris foraminulis regulariter positis pertusa.

TUBULARIA. Planta non ramosa, unicam quasi partem Madreporæ repræsentans.

Dicuntur hæ a variis auctoribus Escharæ marinæ.

FUNGI LAPIDEI. Materies dura, porosa, non corticata, Fungi forma, non raro lamellata.

II. Ter-

II. Terreſtres.

a. *Herbaceæ.*

1. *Epiphylloſpermæ.*

Lingua cervina T. Folia longa, integra, vel ſimplicia, vel ſuperius laciniata, vel, in quibusdam exoticis, per ramos diſpoſita; flores & ſubſequentes veſiculæ ſeminales, in parte folii prona vermiculari ſerie diſpoſita, inveniuntur.

Phyllitis Rup. huc pertinet.

Hemionitis T. Non niſi foliis inferius auriculatis a præcedente differt.

Polypodium T. Planta non ramoſa; folia ad nervum usque in partes anguſtas, oblongas, ſecta, non pediculo ſed baſi lata membranacea adhærent, vel folia non ad rachin usque ſecta ſunt, flores & ſequentia ſemina, duplici ſerie nervo laciniæ parallela hærent.

Spicant Rup. huc referatur.

Asplenium T. *Scolopendria* Raj. *Ceterach* off. Folia alternatim quaſi & undulatim inciſa, in ſegmenta breviora, & rotundiora, minus alte inciſa; flos & ſemina totam averſam folii partem occupantia.

Filix T. Folio ex aliis foliis compoſito, quæ coſtæ ita adhærent, ut utrinque pinnulas ad nervum usque ſectas habeant; flos & fructus ad nervum pinnæ ſunt poſiti, fere ut in Polypodio.

Lonchitis T. Non niſi pinnulis ad baſin auriculatis a Filice differt.

Filicula. Hoc nomen imponi poſſet plantis quæ habitu

habitu proprio cum Filicibus conveniunt, poſitu tamen ſeminum differunt, ut *Thelypteris* Rup. & *Dryopteris nigra* Dod. vel diſpoſitione pinnularum, ut *Adianthum foliis in oblongas lacinias ſciſſis, pediculo viridi*, C. B. & alia, ne genera nimium augeantur.

TRICHOMANES T. Folia ex pinnulis ſubrotundis, utplurimum conjugatis compoſita; ſemina ut in Filice diſpoſita.

ADIANTHUM T. Folia ſubrotundula; flos & ſemina in margine ſeu circuitu folii ſita.

RUTA MURARIA T. *Muraria* Rup. Folia Rutæ ſimilia, foliolis paucis varie diviſis, ſeminibus, vel ſtriatim poſitis, vel partem averſam totam occupantibus.

Filicula ſaxatilis corniculata T. vel Adianthum acroſtichon ſive furcatum Thalii. plantula foliis ſimplicibus in bina, ternave cornicula ſecundum longitudinem diſſecta, gaudens, ob quandam ſimilitudinem huc referri poſſet.

2. *Racemoſæ.*

OSMUNDA T. Florem vix oſtendit; ſemina pulverulenta in capſulis minutiſſimis in racemos diſpoſitis.

Lunaria Raj. quæ foliis lunatis vel rutaceis differt, huc referatur.

OPHIOGLOSSUM T. Folium unicum, pedunculo a latere adhærens; fructus lingulatus, in multas cellulas duplici ordine diſpoſitas diviſus, quæ ſemine pulverulento plenæ ſunt.

3. *Muſcoſæ.*

MUSCI. Radiculæ tenues, capillaceæ, ſæpe paraſiticæ;

cæ; folia multa, tenuia, absque ordine cauli circumposita; flos vix conspicuus in fine pedunculi; fructus variæ formæ utplurimum operculo conico tectus.

Conf. de his & sequentibus Dillenius in novis plantarum generibus, catalogo plantarum gissensium annexis.

Selago Rup. huc referatur.

LYCOPODIUM Dill. Habitus Musci; capsulæ farinosæ, apicibus similes, sub foliosis squamis in spicam digestæ.

4. *Aquis innatans.*

LENTICULA C.B. In aquis stagnantibus nascitur, in quarum superficie hæret; habitus foliaceus; radiculæ tenues, capillaceæ, pellucidulæ.

b. *Coriaceæ.*

LICHENES. Fabrica tenuis, coriacea, membranosa, quandoque subcornea, nunc in chartaceas lamellas ramosas explicata, nunc in teretes ramulos assurgens; vasa seminalia copiosissima, abundanti pulverulento semine fœta.

c. *Carnosæ & pulposæ.*

FUNGI. Radix mollis, tenella, rara; substantia levis spongiosa; in variam formam redacta, utplurimum pedunculo, petasum vel subtus glabrum, vel foliaceum sustentante; tota fabrica vix in diversas partes distinguenda, nisi quatenus fistulis exiguis, numerosissimis, conflata apparet.

SUP-

SUPPLENDA.

ad Classem I. p. 1.

Rhizophora Lin. Radix rotunda, carnosa, tuberculata; folia singularia, nervosa, cordata, in mucronem abeuntia; calix quadrifidus; flos monopetalos, quadrifidus; stamina octo ad duodecim; ovarium, in calice placentæ carnosæ insidens, fit semen unicum, clavato-oblongum, acuminatum.

ad Classem. I.

Benzoin B. Calix quadrifidus, tres flores continens, monopetalos, tubulosos, superius expansos, octifidos; stamina brevia in segmentis floris; ovarium tuba longa simplici instructum, mutatur in fructum nondum cognitum.

ad Classem IV. p. 33.

Henna Arabum, *an Mail-Anschi H. Mal.* Planta frutescens vel arborescens; folia oblonga, cuspidata; calix quadrifidus, raro quinquifidus, stabilis; in segmentorum interstitiis hærent petala utplurimum crispa; stamina utplurimum octo; ovarium, in medio positum & stylo superius incurvo instructum, mutatur in fructum unicapsularem, seminibus angulosis fœtum.

ad Classem V. p. 41.

Brunia Lin. *Conocarpodendron* B. Folia sparsa, integra; calix communis imbricatus, intra squamas continet flores pentapetalos, calici proprio pentaphyllo insidentes; stamina quinque unguibus petalorum inserta; in medio flosculo, in theca oblonga,

longa, hæret ſemen, filamento longo unam vel plures plumulas gerente, ornatum.

ad Claſſem VIII. p. 73.

PROTEA Lin. *Lepidocarpodendron* B. Folia plerisque ſparſa, integra; calix ſquamoſus per maturitatem contractus; floſculi quadripartiti; ſtamina quatuor; ſtylus longiſſimus, ſimplex, embryoni innatus, qui abit in ſemen, filamento longo, in apice plumulam gerente, ornatum.

Hypophyllocarpodendron B. Linnæus huc refert, quod Bœrhaavius diſtinguit, quia flores denſo foliorum aggeſtu occultantur.

ad Claſſem XVII. p. 126.

CLIFFORTIA Lin. Arbuſcula Ilicis facie; calix ad alas foliorum poſitus, triphyllos, ſtaminibus multis ornatus in una planta mare; fœmina nondum deſcripta. *A Mercuriali mare vix differre videtur, niſi modo florendi.*

CORRIGENDA.

in Claſſe IV. p. 37.

Coronopus Ruellii *Raj. Capſulis verrucoſis a Naſturtio differt, & ideo etiam ab Iberide Rup. diverſus eſt.*

p. 61. lin. 11. JUNUS. leg. JUNCUS.

) o (

INDEX

INDEX ALPHABETICUS.

Qui charactere romano, vera nomina generica plantarum, curſivo vero, nomina minus convenientia & ſynonymica, ſuis quærenda locis, monſtrat.

K Am-

Aucu-

Cha-

Hy-

Mes.

Olea

Pilo-

INDEX.

Ricinus

Solda-

Tri-